Omnia domuerat.ſ.locos & homines uirtute ſua domuerant. Romani. Certamen: contentio. Inter ipſos: ſcilicet romanos quiſq; properabat. Ferite non expectabant alii alios ut hoſtes inuaderent: ſed unus quiſq; primus eſſe uolebat: ut eam laudem adipiſci poſſet. Murum aſcendere prop abat unuſquiſq; in oppugnandis urbibus primus eſſe uolebat qui murum aſcenderet & muralem coronam aſſequeretur. Nam corona muralis dabatur his qui primi murum aſcendiſſent: Tale facinus faceret.ſ.dum primus feriret hoſtem

Virtus oīa domuerat. Sed gloriæ maximum certamen inter ipſos erat: Sicq;, quiſq; hoſtem ferire, murum aſcēdere, circūſpici. dū tale facinus faceret, properare, ea diuitias, ea bonā famam, magnāq; nobilitatē putabāt. Laudis auidi, pecuniæ liberales erāt. Gloriam ingentem diuitias honeſtas uolebāt. Memorare poſſem, quibus ī locis maximaſ hoſtium copias Po.ro. parua manu fuderit, quas urbes natura mūitaſ pugnādo ceperit, ni ea res longius nos ab incepto traheret. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Ea res cunctas ex libidīe, magiſq̄ ex uero, celebrat obſcuratq;. Athenienſiū res geſtæ, ſicut ego exiſtimo, ſatis amplæ, magnificæq; fuere. Verū, aliquanto minores, q̄ fama ferūtur. Sed quia ꝓuenēre ibi ſcriptorum magna īgenia, ꝑ terrarum orbem Atheniēſium facta ꝓ maximis celebrantur. Ita eorum, qui ea fecere, uirtus tanta habetur, quantum ea uerbis potuere extollere præclara ingenia. Sed po.Ro. nunq̄ ea copia fuit, quia prudentiſſimus quiſq; maxime negocioſus erat, ingenium nemo ſine corpore exercebat, optimus quiſq; facere q̄ dicere, & ſua ab aliis bene facta laudari, quā ipſe aliorum narrare malebat. Igitur, domi militiæq; boni mores colebantur. Concordia maxima, minima auaritia erat, Ius, bonumq;, apud eos, non legibus magis, quam natura ualebat,

dum primus murū aſcenderet Tandiu ea ſcilicet uīcendo hoſtes: & expugnando urbes. Diuitias bonas magnamq;. In hoſtibus uīcendis & urbib⁹ expugnandis famam: nobilitatem: ſuaſq; omnes diuitias ponebat. Laudis auidi: auari quidem erant gloriæ pecuniæ autem munificentiſſimi. Laudis q̄ diſcrimine uitæ gerebant. Pecuniæ: liberales: quam ſuis amicis ꝓfundere non dubitabant. Gloriam ingentem quantum quidem ad gloriam pertinebat nihil moderatum fuit ꝗtumq; ad diuitias moderatis gaudebant. ingentē pluſq̄ mediocrē. Honeſtas: mediocris. Memorare poſſē: his de cauſis hoc ſæpe cōſecuti ſunt romani ut ipſi pauci ingentem hoſtiū multitudinem fuderint atq; fugauerint: ſæpe urbes inexpugnabiles tandem uicerūt. Maximas hoſtium copias parua manu: ut Luculus que aduerſus tigranem arminiæ regē cētum milium exercitum duodecim milibus militum fudit atq; fugauit: in quo prælio tigraniſta filius ipſius tigranis captus eſt: atq; in triūpho ductus. Quas urbes natura munitas ſicuti fuit carthago noua in hiſpania: quæ ꝗꝗ natura loci & a terra & a mari munita eſſet tamen populus romanus uirtute ſua eam cepit ductu & auſpitio publii Scipionis Africani ſuperioris. Ea res ſcilicet prædicta in medium adducere. Ab incepto a propoſito uidelicet a deſcriptione ſeditionis catelinæ. Sed fortaſſe: hoc pertinet ad id ꝙ ſequitur & hoc dicit ꝗquam romani plura geſſerunt domi atq; militiæ egregia facinora q̄ alius ī orbe terrarū populus tamen fortuna fecit: ut cæteri terrarum populi fama præſtarent. Nam ꝗuis multa geſſerint: non tamen fuerunt ſcriptores qui ea memoriæ traderent. Cæteri autem populi aut athenienſes ꝗquam non tanta fecerint tamen quia ſcriptores ea illuſtrarunt clariores habentur fama. Sed fortuna ī omni re.i.res omnes humanas ſub ea imperio tenet: Ea res oēs.i.fortuna res hominum ꝓ ſuo arbitrio huc atq; illuc uerſat: ut ſi obſcuræ fuerint eas clariores reddere poſſit: ſi uero præclaræ obſcuras faciat. Celebrat illuſtrat

Obſcuras ignobiles reddit ex libidine pro ſua uoluntate & arbitrio q athenienſiū celebrauit romanoꝝ āt obſcurauit non ueritate. Athenienſium res: quod fortuna in omnibus rebus ualet: & hic probari poteſt. Feruntur proferuntur ideſt extolluntur a ſcriptoribus. Ibi .ſ.athenis. Prouenere nati ſunt progeniti ſūt Per terrarum orbem ideſt in uniuerſo terrarum orbe illuſtrantur & clarificantur tanquam maxima fuerint Itaque eorum qui ea fecere ob hanc cauſam tanta habetur imperatorum uirtus quantum uirtutem eorum ſuis ſcriptis illuſtrare potuerunt ſcriptores. Tanta tantæ magnitudis. Ea .ſ.res geſtas ath. Negocioſus maxima ſe dederant negociis aut militando aut rei pu.conſultando. ingenium nemo ſine corpore nemo ſe dederat ſtudiis litterarum ſine exercitatōe corporis. Malebat potius uolebat. Et ſua ab aliis: uolebat de ſe alios dicere potiuſquam ſe aliorum geſta narrare. Igitur ſuperius expoſuit Sa.rōes curres geſtæ athenienſiū maiores fuere fama q̄ re. Sed nō ita euenit Roma. eo ꝙ ī urbe romana raritas ſcriptorum fuerat. Nā quiſq; romanus deditus erat negociis: & ſua ab aliis potius celebrari q̄ ſe aliorū geſtas res ꝓdicare malebatur Igitur qa oēs negociis: & gerēdis rebus dediti erant. Domi in pace. Militiæ in bello. Cōcordia maxi. auari nam unum ſequitur ex reliquo: nam quia non erant auari ideo erāt concordes: nota ergo ex auaritia naſci diſcordiam: ius æquumq; ideſt ius ex bono & æquo Nam ius ex bono & æquo conſtare dicitur quod omnibus conuenit. Non legibus magis q̄: quia etiam ſine legibus quam ipſi naturaliter boni erant & æqui.

Iurgia uerborum ſunt: Diſcordias diſceſſiones & inimicitias. Simultates inodia. Cum ciuibus unum certamen erat ut preſtarent uirtute alii aliis. Suppliciis: Nota ꝙ ſuppliciū ſupplicatio dicitur: eo ꝙ priſcis tēporibus ex damnatorum pecunia diis ſacrificia exhibebantur: nam quia ſoluere pecuniā ex maleficio cōmiſſo ſuppliciū erat eo: conſuetudo inoleuit ut ſupplicium ſupplicatio dicatur: nam apud antiquos omnis pœna pecuniaria fuit notatum ſecundum delicti q̄titatem. In ſuppliciis: in ſacrificiis: non dubitabant hecatombē facere. i. ſacrificium in quo centum boues mactabantur. Parci moderati. nam inde fit parſimōia His duabus artibus audacia: audacia ꝙ in periculis ſe exponere non dubitabant. Vbi bello pax euenerat. i. pacis tpe. Equitate: qui æquo iure omnes uirebant. Quarum rerum uidelicet quia ipſi & in bello audaces & domi æqui eſſent. Hæc documenta: exempla. ſ. quæ ſequuntur. Vindicatum: ſæpe uindicta facta ē cōtra eos. Contra īperium pugna: ſicut Lucius manlius torquatus q filiū ſuū eo ꝙ iniuſſu eius cōtra hoſtē pugnauerat & etiam uictoriam ex hoſte reportauerat primū uirgis cedi deinde ſecuri percuti iuſſit: idē papirius curſor feciſſet in magiſtrum equitum niſi populus rogaſſet ut ſibi donaretur. Contra impium: contra iuſſum imperatoris. Qui ſigna reliquerāt: quia paucos admodum huiuſmodi iuuenes. In pace probauit audacia Romanos ſe ſuamq; Rem pu. in bello conſeruaſſe nunc probat ī pace iure equitatis id fuiſſe cōſecutos. Beneficio magis quam metu. id eſt magis beneficio ſociis ſuis quam premēdo imperio ſuos ſubditos regnabant Romani: ideſt parebat ſubditi populo Roma. magis ſponte q̄ metu. Agitabant: regebant Ignoſcere magis q̄ per ſe. ſi quis defeciſſet a populo Roma. ſimul ac penituiſſet eo parcebat eis populus Roma. Vbi: pro poſtq̄: Res publi. ideſt poſtq̄ omnia imperio ſuo ſubegit roma. populus: nec cum aliqua gente ſibi bellum ſuper fuit fortuna omnia miſcuit: ita ut arma in ſe ipſos cōuerterunt. Feræ: ſæuæ: uidelicet barbaræ ut ſithe: ut Tracenſes: ut Parthi. Emula imperii Ro. quæ ſemper eſt auſa cū romanis de īperio contendere. A ſtirpe interiit: funditus conuerſa eſt. Cūcta maria: poſtq̄ quicquid mari quicquid terra regnabat populi roma: imperio ſubiectum erat. Miſcere: perturbare. Labores ferendo militiam. Pericula: exponere ſe omnibus extremis.

Iurgia, diſcordias, ſimultates, cum hoſtibus exercebant; ciues cum ciuibus de uirtute certabant, in ſuppliciis deorum magnifici; domi parci, in amicos fideles erant. Duabus his artibꝰ, audacia, ī bello ubi pax euenerat, æquitate, ſeq; & rem. p. curabant. Quarum rerum ego maxima documenta haec habeo, quod in bello ſepius uindicatum eſt in eos/ qui contra imperium in hoſtem pugnauerant, quiq; tardius reuocati praelio exceſſerant, quam qui ſigna reliquere; aut pulſi loco cedere auſi erant. In pace uero, beneficiis magis quā metu imperiū agitabant; & accoepta iniuria, ignoſcere quā pſequi malebāt. Sed ubi labore atq; iuſtitia res. p. creuit; reges magni domiti bello, nationes ferae; & populi ingentes ui ſubacti. Carthago/ æmula imperii Romani/ a ſtirpe interijt, cūcta maria terraeq; patebāt, ſeuire fortuna, ac miſcere omnia cœpit. Qui labores, pericula, dubias atq; aſperas res facile tolerauerat; his ocium, diuitiae optādae aliis, honeri miſeriaeq; fuere. Igitur, primo cupido pecuniae, deinde imperii creuit, & ea quaſi materies omnium malorum fuere. Namq; auaritia, fidē, pbitatem, caeteraſq; artes bonas ſubuertit. pro his ſuperbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia uenalia habere docuit.

Dubias incertas. Atq; aſperas: difficiles: & ſingulas res ſingulis oppoſuit: aſpera contra labores: nam quod aſperum eſt cum labore conſequimur. Dubias contra pericula. Nam quicunq; res dubias agit ī maximo periculo uerſatur Optandæ aliis non optandæ populo romano ſed orbi terrarum principi ſed aliis gentibus quæ ſeruiebant. Imperio ſuo: nam cum populus ro. princeps omnium eſſet multo magis imperare debebat diuitias poſſidentibus q̄ ipſe deuitias poſſidere uellet. Oneraq; miſerie quia propter hæc in pniciē ſui imperii ſimul peruenere eo ꝙ diuitiis non recte uſi ſunt: nam qui poſſidet diuitias poſſidet̄ ab his niſi hic ipſas moderare utat̄ ille ergo q utitur diuitiis diues ē: qui uero diuitiis abutitur: paup ē. Igitur primo ſuperius oſtendit Saluſtius quō paulatim mutati ſūt mores ciuitatis: & qui antea bello exercitati fuerant poſtq̄ omnia ſuo imperio ſubigere diuitiis & cæteris uoluptatibus aīum ſuū dederunt: quia ex re pu. quidē pecuniā: poſtea regnū cupere cœperunt: q̄obrē oēs auari atq; ambitioſi redditi ſunt. Igit̄ q diuitias. ſ. optare cœperunt. Et omni pecuniæ deinde imperi. unū ſeqtur ex altero. nam qui magnā pecuniā poſſidet, hic ſibi imoderata imperia querit. Ea uidelicet pecunia & imperii cupido oīum malorū: quia deinde omniū malorū origo nata eſt Nā auaritia. i. hi q ex auaritia & imperii cupiditate mala. oīa eſſe ſecuta: quia fides, pbitas & cætere bōe artes repēte ex urbe abierūt. Auaritia uere dicit auaritiā ſubuertiſſe has oēs uirtutes: quia auarꝰ: i. auens. i. deſiderans aurū: & auro deditus: quicūq; āt auaritiæ deditus fuerit: perfidus & improbus eſſe conſueuit. Probitatem: integritatem. Subuertit: euertit. Edocuit. auaritia. Superbiam. contra fidem quia ex ſupbia naſcitur p fidia. Crudelitatem: q̄ probitatē. nā qui probus eſt: humanus eſt. & q improbus fuerit crudelis efficit̄. Negligēdos: ut in iure iurando falſitate ſumpto cā pecuniæ. Habere oīa uenalia: facere oīa

propter

Ambitio multos mortalis falſos fieri ſubegit. Aliud clauſũ ĩ pectore,aliud in lingua promptum habere,amicitias inimicitiaſq;,nõ ex re,ſed ex cõmodo æſtimare,magiſq; multum,q̃ ingeniũ bonũm habere. Hęc utraq; primo paulatĩ creſcere,interdũ uendicari. Poſt ubi cõtagio q̃ſi peſtilẽtia inuaſit,ciuitas immutata eſt,ĩperiũ ex iuſtiſſimo atq; optimo,crudele intollerãdumq; factum. Sed primo,magis ambitio q̃ auaritia,animos homĩum exercebat. Quod tamen uitium ꝓpius uirtuti erat. Nã,gloriam,honorem,imperium,bonus,ignauus,æque ſibi exoptant Sed ille uera nitiẽ uia,huic,ꝙ bonę artes deſunt,dolis atq; fallacis contẽdit. Auaritia ſtudiũ pecuniæ habet,quã nemo ſapiẽs cõcupiuit. Ea,quaſi uenenis,malis imbuta,corpus animũq; uirilẽ effœminat: Sempꝰ ĩfinita,ĩſatiabilis ẽ,Neq; copia,neq; inopia minuitur. Sed poſtq̃ L.Silla,armis recœpta R.P,bõis ex initiis malos euẽtus habuit, rapere oẽs,trahere,domum alius,alius agros cupere,neq; modũ,neque modeſtiã,uictores habere,fœda,crudeliaq; facĩora ĩ ciues facere. Huc accedebat,quod L.Sylla exercitum,quẽ ĩ Aſia ductauerat,quo ſibi fidẽ faceret,cõtra morẽ maiorũ,luxurioſe nimiſq; liberaliter habuerat. Loca amœna,uoluptaria,facile ĩ ocio feroces mili

propter pecuniam:ille dicitur habere omnia uenalia qui omnia pecuniarum cã facit. Falſos fallaces & mẽdaces. Subegit coegit. Aliud clauſum:ecce quomodo falſos oſtendit eſſe factos. Aliud cla.i.odium & ſimultates. Prompta billingua uidelicet benignitatem:manſuetudinem & comitatẽ. Exiſtimare coegit: non ex re quia ſi bonus ciuis eſſet:amari dignus tantum ego ipſum cõtendam ſi mihi nullo erit emolumento nã uis amicitiæ ſeruatur cũ eum amamus q̃ amari digni ẽ:non aũt q̃ nobis aliquo erit emolumento:ẽt ſi indignus erit qui amatur. Ex re non ex natura ipſarum amicitiarũ:nam qui ſibi erant utilitati diligebant etiam ſi indigni eſſent amari.qui uero nulli ſibi erant cõmodo:odio habebant: etiam ſi digni eſſent amicitiis:quã ingenium quã naturã ſimulabant bonoſ eſſe:& naturaliter malaſ habebãt naturas naturaliter mali erant. Interdum uendicari:pro uendicabantur.i.puniebantur quia puniebantur qui populum corrumpebant. Poſt ubi poſtq̃. Contagio.ſ.huius ſimulationis. Ciuitas eſt immu.quia non puniebantur q̃ populum corrupiſſent:eo ꝙ omnes eodem crimine tenebãtur:nam quod a multis peccatur inultum eſt: ſed primo quidem ambitione mahis tenebantur corrupti ciues quam auaritia:eo ꝙ honoris cupidi erant quod tamen uitium minus erat auaritia.

Quod uitium.ſ.ambitionis. Propius: propinquus.namq; & ꝙ ambitio ſit propinquior uirtuti ex hoc probatur:ꝙ tã boni q̃ mali ſibi honores cupiunt & gloriam:auari autem nullam penitus uirtutem habere poſſunt. Sed ille niti.ille.ſ. bonus. Vera uia.ſ.uirtutis. Bonæ artes: boni mores. Dolis atq; falla.ſimulatione & falſitate. Studium:deſiderium & uoluptatem. Quã ſcilicet pecuniam. Nemo ſapiens ſcilicet ſi oẽs mortales pecuniam cupiunt:relinquitur ergo omnes ſtultos eſſe. Effœminat:effœminatum reddit. Ea.ſ.auaritia. Semper infinita: preterq̃ homines facit effœminatos:etiam ſi uiles fuerint: hoc etiam accidit ꝙ infinita ſit inſatiabilis. Inſatiabilis:nam quanto plures comparat diuitias auarus:tanto plures deſiderat .unde iuue. Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

Minuitur:decreſcit. Sed poſtquã.L.Sylla:oſtendit ſupius auaritiã deteriorẽ ambitiõe: propterea ꝙ ambitioſi homines tam boni quã mali iueniretur eo ꝙ ferme oẽs laudis & gloriæ & ĩperii cupidi eſſent:in hoc tamẽ differre uidetur ꝙ bonꝰ uera uirtutis uia ad honorẽ accedit malus autẽ dolis & fraudibus honores conſequitur:nunc ãt dicit multo pniciosiorẽ rẽ pu.euaſiſſe tẽpore Caii Marii &.L.Syllæ.Lucius ſylla fuit:q̃ bellum ciuile contra Martium geſſit:in quo quidem bello multas clades populo ro.uterq; edidit:ſicut apud Valerium & alibi habetur plenius. Recepta re pu.occupata re pu.factione ſua. Bonis initiis primo quidẽ uirtutem ſuam populo ro.preſtitit.& rei pu.ratione multum pro fuit Malos euentus quia opes ſuas in rei pu.perniciem conuertit. Rapere:pro rapiebant. Omnes milites ſyllani. Trahere pro,trahebant .Cupere pro cupibãt. Alius domum alterius.i.non contenti ſuis aliena petebant. Victores.ſ.milites ſylle.Modum:quantũ ad quãtitatẽ. Modeſtiã quantum ad continẽtiã nunquam tantas diuitias ſurrepuerãt ꝙ multos plures hẽre non q̃rerent:non moderati erãt,in ciues ſed eorum bona adiripiebant:& non nũquam eos ĩterficiebant Fœda turpia & ſordida.

Huc accedebat:ꝑpter uictoriam accedebat cõſuetudo quã habuerãt:tũc cũ ſylla cũ eis ꝑfuerat ĩ aſia ubi oĩa ꝑ arbitrio ſuo fecerãt ipſo ſylla concedẽte.Huc.ſ.ad uictoriã. Accedebat huc addebatẽ ad hoc. Exercitum quẽ ducta.i.exercitum cui ipſe ꝑfuerat ĩ aſia:ĩ aſia ſunt omnia amœna & uoluptatis plena tũ qualitate loci tũ clæmẽtia aeris:q̃ clæmẽtia facit eã fertiliorẽ:& ꝑpterea ẽt amœniorẽ. Quo.ut.fidũ ꝑ fidelẽ. More maiorum cõtra conſuetudinẽ & diſciplinã romanorũ militũ:q̃ ſemper continentes & pci militauerãt uſq; ad hoc tẽpus. Luxurioſe:abundanter & ſupflue. Liberaliter:licenter:qa oĩa quæcũquæ libuiſſent:cõmittere patiebatur Sylla ſiue honeſta ſiue turpia fuiſſent. Amœna:delectabilia:& ſine fructu ĩter amœnũ & iucũdũ hoc ĩter ẽ qa amœna loca ſũt ſine munere & amunio dicta ſũt eo ꝙ munere careãt.Iocũdũ ãt utilitatis rõnẽ: hẽt:amœna loca ſunt umbris arborũ & floribus pratorũ:ſuauia hec.n.græce tẽpe dicunẽ.Volupta.i.plẽa uo

luptatis: & unū ſequit̄ ex altero Nā ex amœnitate ſequitur uoluptas. Molliuerāt: molliores & effœminatiores reddiderāt. Amare .ſ. mulieres. Portare uinū: cū ātea ſemper ſobrii fuiſſet & cōtinētes. nūc amœnis loci erupti: & mulieres amare & uinū ſuperfluum nimis luxurioſe ſumere cœperunt. Signa tabulas pictas: antea ſemper a uoluptatibus alieni fuerant nec de gentibus uictis aliquid abſtulerant ſed ſe tantum eorum dominos dici: & aurum poſſidentibus dominari uolebant: nunc uero ea ſibi placere ceperunt quæ antea neglexerat. Signa: ſtatuas. Nam ſignum ſtatuā dicimus. Tabulas pictas .i. tabula in quibus artificioſe quædam dedictæ erant: quibus maiores noſtri plurimum delectabantur. Tabulas pictas: imagines tabulis precioſis depictas aureas uel argenteas. Vaſa celata ideſt fabricata. Nam celare fabricare dicimus mirari pro mirabātur ideſt laudabant nam quæ miramur ea laudamus. Rapere ꝓ rapiebant. non ſolum mirabantur. ſed mirata rapiebant. Delubra: templa deorum. Poluere: ꝓ poluebant milites romani ſacra prophana ideſt ſacra & non ſacra. Igitur hi mi. quando quidem tāta animum cupiditas inceſſerat: ut & priuata & publi. raperent: ſacra & non ſacra uiolarent. Nihil relinqui fecere .i. nihil relinquerunt: & eſt honeſtiſſimus dicendi modus: nihil reliqui mihi feciſti .i. nihil mihi relinquiſti. Quippe: ſcelere & probat enidenti ratione hoc ita feciſſe romāos milites. Fatigant animos .ſ. ut uix ſapientes ſe abſtinere poſſint a rebus illicitis faciunt res ſecunde. Ne dum illi .i. non illi optemparent uictoriæ .i. n̄ uterentur uictoria in qua oīa pro uoluntate fieri ſolent. Corruptis moribus: uitiatis moribus. Hebeſcere: uirtus: & unum ſequitur ex altero: Nā cum diuitiæ in honore habentur: uirtus negligētur. Et eas gloria potētie hoc ē poſtq̄ qui diuitiis abundant: hi glorioſi atq; potentes erant.

Probro dedecor. Innocētia pro ma- qui innocens erat: hi ab omnibus odio habebantur qui uero nocentes erant. in maximo honore ab omnibus habebantur: q uero innocētes fuiſſent hi ab omnibus odio habebantur atq; maliuolentia:

Igitur ex diuitiis ergo quia ocio & ignauiæ ſe dedere: & diuitias poſſidere cœperunt ingentes: id effectum eſt ex diuitiis poſtea luxurioſi ſequerentur ſuperbia & auaritia. Igitur luxuria & cætera ideſt diuitiæ cauſa fuerant ut iuuenes luxurioſi: auari: atq; ſuperbi efficerētur. Auaritia: nam cum bona tua profuderis explēdæ cupiditatis cauſa neceſſe: ut diuitias congregare ſtudeas. & ita naſcitur auaritia. Superbia: Nam qui diuites ſunt omnia ſibi licere arbitrantur. Rapere pro rapiebant: ſuaq; rapuerant ſua paruipēdebāt: declarat quod dixit paruipendere qui coſumebant aliena. Conſumere: pro conſumebant.

Aliena cupere: quia rapiebant. Pudorē & pudicitiam: Inter pudorem & pudicitiam hoc intereſt: quia pudicitia eſt ipſa uirtus. Pudorę ē effectus pudicitiæ. Promiſſoria confuſa: ꝓmixa. Nihil penſi: nihil cōſiderationis habebant. Quicq̄ modo nec moderationem nec conſiderationem habebāt: dummodo ſuam comoditatem perficerēt. Preterea nec pudorem nec pudicitiam diuina magnifaciebāt.

tum animos molliuerant. Ibi primum inſueuit exercitus Populi Ro. amare, portare ſigna, tabulas pictas, uaſa caelata mirari. ea priuatim & publice rapere, delubra deorū ſpoliare, ſacra ꝓfanaq; oīa polluere. Igit̄, hi milites, poſtq̄ uictoriā adepti ſunt, nihil reliqui uictis fecere; Quippe ſecūdae res ſapiētiū animos fatigāt, nedū illi corruptis moribus, uictoriae tparent. Poſtq̄ diuitiae honori eſſe cœpere, & eas gloria, īpium, potētia, ſeq̄batur; hebeſcere uirtus, pauꝑtas ꝓbro haberi, Innocētia ꝓ maliuolētia duci cœpit. Igit̄, ex diuitiis, iuuētutē luxuria, atq; auaritia, una cū ſuꝑbia iuaſēre, rapere, cōſumere, ſua ꝑuipēdere, aliena cupere, pudorē, pudicitiā, diuīa atq; hūana ꝓmiſcua, nihil pēſi, nihilq; moderati habere.

OPeraepreciū eſt, cū domos atq; uillas cognoueris ī urbiū modū edificatas, uiſere templa deorum, quae noſtri maiores religioſiſſimi mortales, fecēre. Verū illi delubra oī pietate, domos ſuas gloria, decorabāt. Neq; uictis qcq̄, pręter iniurię licentiā, eripiebāt. At hi, cōtra, ignauiſſimi hoīes, ꝑ ſūmū ſcelus, oīa ea ſociis adimere, q̄ fortiſſimi uictores hoſtibus reliquerāt, ꝑīde q̄ſi iniuriā facere, id deū eēt īperio uti. Nā quid ea memorē, quae niſi his q uidere,

OPeræprecium .i. utile: Nam precium laboris eſt utilitas: utile erit inquit qa cognoſci poterit q̄ta dr̄ia eſſet īter maiores noſtros: q hac rē pu. nobis cæperunt: & hoīes noſtræ ætatis ignauiſſimos. Domos: in urbe. Et uillas: in agris: inter uillā & domū hoc intereſt: qa domus in urbe dicitur: uilla aūt in agris appellant̄. Viſere tēpla deoꝝ: ſolent ſumptuoſioribus ædificiis conſtitui quā domus priuatoꝝ: & tn̄ ad eā libidinē ꝑuenerūt hoīes ætatis noſtre: ut nūc ſibi ædes ædificēt q̄ ſunt multo ſumptuoſiores quā deoꝝ tēpla pietate q̄ diis imortalibus hētur. qa oīs homo pietatē debet deo īmortali .i. corde & fide deoꝝ tēpla honeſtabāt. domos ſuas gloria non magnificabāt domos ædifficiis ſed uirtute res .n. magnas dōi militiæq; gerebāt: qbus domos & familias ſuas decorabāt. Decorabāt: honeſtabant. Neq; uictis qcq̄: cū nationes & populos ſubegiſſent nihil eis faciebāt. niſi ꝙ poſtea iniurias facere nō poſſent. Et iniuriæ licētiā: ne iniuriā facere poſſent auferebant. n. arma: equuos naues &c. q̄ libertatē faciūt iniuriæ. Cōtra cōtrario. Ignauiſſimi: uiliſſimi hoīes .ſ. milites ſyllani. Adimere: ꝓ adimebāt. fortiſſimi uiri .ſ. maiores noſtri. Perīde hac q̄ſi .i. tāq̄ Demū deniq; hoc ē tāquā illi faciēdo iniuriā uiderent̄ eē imꝑatores. aliter priuati hoīes. Nā qd ea memorē

uere inquā noſtræ ætātis homīes domos ſuas ſūptuoſiores habuiſſe ꝗ maiores noſtri tēpla deoꝝ qa mōtes euertere & maria proſternere nō dubitarūt ꝗquā priuati eēnt & nō reges. A priuatis quā pluribꝰ.ſ.hoibꝰ ſubuerſos. Maria cōſter.ſicut ēt Lucul.dicitur feciſſe neapoli ubi ꝑdia ſua habebat:dicitur.n.feciſſe:ædificia īgentia & amœnitate oibus preſtātia:quæ uſque in mediū mare porrigebantur:ita ut ubi maria fuerant: ibi ſtratū erat ſolū ueluti in terra continēti fabricaſſet. Quibus diuitiæ &c.qui hoīes uidentur illuſiſſe diuitias:ille derider diuitias qui profundit eas ī rebus

nemini credibilia ſunt:a priuatis cōpluribus ſub uerſos mōtis,maria eſſe cōſtrata: quibus mihi uidētur,ludibrio fuiſſe diuitiæ,quippe q̄s honeſte habere licebat,abuti ꝑ turpitudinem ꝓperabāt. Sed libido,ſtupri,ganeæ,cæteriq; cultus,nō minor īceſſerat,uiros muliebria pati,mulieres pudicitiā ī ꝓpatulo hēre. Veſcendi cauſa,terra,mariq;,oīa exqrere,dormire ꝑus q̄ ſōni cupido eēt,famē, aut ſitim,neq; frigus,neq; laſſitudinē oppiri,Sed ea oīa,luxu,ante cape. Hec oīa iuuētutē,ubi familiares opes defecerāt,ad facīora incēdebāt. Aīus ībutꝰ malis artibus/haud facile libidībꝰ carebat.Eo ꝑfuſiꝰ oībꝰ modis q̄ſtui atq; ſūptui deditus erat,in tāta itaq; & tā corrupta ciuitate. Catilina ratus,id quod factū facilimū erat,oīū flagitioſorū & facīoroſorū circū ſe,tanquam ſtipatorum,cateruas habebat. Nam,quicumque inpudicus, adulter, ganeo, alea, manu,uentre,pene,bona patria lacerauerat,quicūq; alienum æs grande cōflauerat,quo flagitiū aut facinus redimerēt·Præterea,oēs,ūdiq; parricidæ,ſacrilegi,cōuicti iudiciis,āt ꝑ factis iudiciū timētes,ad hoc quoſ,manꝰ atq; ligua,ꝑiurio,aut ſāguine ciuili alebat.Poſtrēo,oēs,quoſ flagitiū,egeſtas,

minime neceſſariis:ut hi qui mōtes ſubuertebāt: & maria ſternebant feciſſe uidentur. Quibus mihi qui hoies uidenē mihi illuſiſſe diuitias. Hebere poſſidere. Honeſte:modeſte. Abuti uitioſe uti :uidelicet in rebus ſuperfluis & minime neceſſariis. Pro turpitudine:quia turpe erat eis ut uitium non paruum .ita diuitiis quas honeſte habere poterāt abuti. Sed libido &c. Superius dixit quomodo romani ciues corrupti dediti erāt magnificētiæ ædificiorum & diuitias quaſi ludibrio habebant cum eis in rebus minime neceſſariis abuterentur nunc dicit non ſolum hac ſuperfluitate ædificiorum romanos eſſe captos uerum etiam quod deterius erat luxuriā eos inuaſiſſe cū nec uiri muliebria pati dubitarent & mulieres pudicitiam in aperto haberent .Stupri adulterii .Libido.ganeæ.i.meretricis ganeū ueteres dicebant locum abditum & quaſi ſub terra defoſſum.i.lupanar:ideganeæ mulieres q̄ ibi habitāt. Cæteri cultus:non ſolum libido edificorum ſedēt ueſtiū. Inceſſerat in uaſerat romanos & libido ſupinceſſerat Viros pati muliebria:uiros pati muliebria tangit rē obſcœnā &c. Mulieres habere pudicitiā &c.i. ꝑ ui faciebant pudicitiam hoc eſt fiebant meretrices

In propatulo in aperto. Exquirere:pro exquirebant. Vel libido inceſſerat &c. dicito etiam in cæteris infinitis ut uolueris:eam ueſce.i.comedendi :unum ſequitur ex reliquo :quia luxuria ſemper cibos lautos habere cupit:ut ſe diu ſubſtentare poſſint:& cum homines luxuriæ dediti fuerint :etiam uitio gulæ laborant. Terra:ut ſunt aues & ſilueſtris feræ :quibus ſolent ueſi luxurioſi homines Mari ut diuerſi generis piſces exquirerent :quibus ingluiem uētris ſatiarent Dormire pro dormiebant: Nec operiri:pro oppariebantur.id eſt non expectabant:& ſic de cæteris. Laſſitudinem:qui non laborabant tantum ut laſſarentur :ſed opus intermittebant antequam laſſitudo eos inuaſiſſet. Ante capere pro ante capiebant ideſt occubabant:anticipabant.Luxu .ideſt luxuria & ſuperfluitate rerum. Hæc uitia ſupra memorata. Incedebat :incitabant facinora facienda. Opes.i.opes ſuæ & proprie. Malis artibus malis moribus. Eo ideo. Perfuſius:īmodeſtus :intemperantius. Deditus animus eorum. Omnibus modis :quacunq; rōne iuſte.ſ.& in iuſte contra fas & nefas: Id quod erat facilimum .ſ.poſſe uſurpare rem pu. Tanta:tantæ magnitudinis. Flagitioſiorum .i.oīum uicioſorum reprehenſione dignorum. Facinoroſorum qui facinora cōmiſerant.

Stipatorum :ſatelitum .Satelites dicuntur ſtipati eo ꝙ latera principum ſtipare .i.condenſare ſolent. Adulteri :qui alienas uxores uiciauerant:Ganeo :in lupanari :nam ut paulo āte diximus ganeū dixerunt locū abditū &c. Alea ludo alea & taxilis Manu. prodigaliter profūdēdo.uel īterfecerat aliquē pp qđ cōdēnatus fuiſſet. Vētre gula.i.īplēdo uētrē ſuū ꝑ libidine & uoluptate. Mēbro uirili .& notat obſcœnā uoluptatē. Penis.n.eſt mēbrū uirile. Alienū æs.g.q.pecuniā mutuo accepat.& ē pulchra & honeſta locutio .grāde æs alienū cōflā ui ſignificat pecunias mutuo accepi.ualde ſum obligatus.i·debitus & ē naturalis locutio quē admodum honeſta.nā q æs alienū hēt multā pecuniā debet ergo q multā pecuniā habebāt mutuo grāde æs conflauerat. Quo.i.ut Rediment aut fa.uulgo apagar la condānzon del ſo mal far.differt īter flagitiū & facinus.quia flagitiū ī dictis facinus magis in factis cōſideraē:nā piurium facere ēt flagitiū non āt facinus facinus ille cōmitteret qui hoīnem pulſaret aut eſſet īterficeret. Patricide quaſi parentes īterfecerūt:ſacrilegi qui templa diripuerant. Coniuncti iudicii qui condēnati fuerāt. Timentes ludi :qui facinus aliqđ cōmiſerāt pp quod timebant cōdēnati. Quos hoīs manus īterficiēdo hoies uel furens ēt ītelligat & īterfectores Lingua:piuria faciēdo. Periurio:referas ad linguā ſanguine referas ad manū:flagitiū ſi non fanus cōmiſerat flagitium .i.rē aliquam reprehenſione dignam ꝑpetrauerat.Egeſtas :qa res familiares ſibi defecerāt

conſcius animus exagitabat, hi Catilinæ ꝓximi & familiares erant. Quod ſi qs, eēt ēt a culpa uacuus, in amicitiā eius inciderat, quotidiano uſu, atq; illecebris, facile par ſimiliſq; cæteris efficiebatur. Sed maxime adoleſcentiū familiaritates appetebat, eorū animi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebant. Nā, ut cuiuſq; ingenii ex ætate flagrabat, aliis ſcorta præbere, aliis canes atq; equos mercari: poſtreo, neq; ſūptui, neque modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret. Scio, fuiſſe nonnullos, qui ita exiſtimarent, iuuētutem, quæ domū catilinæ frequentabat, parum honeſte pudiciā habuiſſe, ſed ex aliis rebus, magisquā cuiquā id compertum foret, hæc fama ualebat. Iam primum adoleſcēs Catilina, multa nefanda ſtupra fecerat cū uirgine nobili, cū ſacerdote Veſtæ, & alia huiuſcēodi, cōtra ius faſq;. Poſtreo, captꝰ āore Aureliç Oreſtillæ, cuius praeter formā, nihil unq̄ bonꝰ laudauit, q̄ ea nubere illi dubitabat, timēs priuignū adultum ętate ꝓ certo creditur, necato filio domū ſceleſtis nuptiis uacuā feciſſe. Quae qdē res, mihi ī primis, uidet, cauſa fuiſſe facinoris maturādi. Nāq; animꝰ impurus, diis, hominibꝰ q; īfeſtus, neq; uigiliis, neq; qetibꝰ, ſedari poterat, ita cōſciētia mētē excitā uaſtabat. Igit, color exāguis, fœdi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus, ꝓrſus in facie uultuq; uecordia inerat.

uel nunquam etiā poſſiderant. Itaq; in tanta: ad propoſitum ſuū reddit Saluſtius. Aīus conſcius .ſ. alicuius ſceleris: nam qui ſibi ingentis facinoris conſcius eſt nunquā requieſcit ſcelus ſceleri addiderit. Proximi propinqui. Vacuas a culpa .i. innocēs. Inciderat: caſu aliquo in amicitiā eius uenerat. Quotidiano uſu. quotidiana conſuetudine. Cateruas: comitiuas. Stipatorū ſeruoꝝ. Illecebris uoluptatibus: quas caterua ſibi afferebat ut infra patebit. Par magitudine ſcelerū. Similis: maioribus: ergo par ad magnitudinē ſimilis ad mores pertinet par quantitate efficiebat ſimilis qualitate. Sed maxime adoles. Superius declarauit ſaluſtius quomodo Catilinæ domū frequentabant ſcelerati homines cuiuſcūq; flagitii cōſcii fuiſſent aut ēt ſed nunc dicit familiaritates adoleſcentium maxime placuiſſe Catilinæ eo ꝙ eorū animi teneri ac inſtabiles capi poſſent: ſed maxime appetebat quidem omnium ſceleratorū aīos ſed maxime adoleſcentulorū. Eoꝝ animi: cur adoleſcentū magiſquā alioꝝ animos appeteret declarat ipſe quia facile erat hanc ætatem decipi. Molles: teneri fluxi .i. labiles & īconſtantes. Haud diffi. facile. Nam & qūo caperentur animi adoleſcentum declarat. Præbere .i. prebebat. Vt cuiuſq; adoleſcentes: cupiditatibus ardent: & alii alia flagitia cupiunt eo ꝙ unuſcuiuſq; libidine eis ſatiſfaciebat catilina. Nam. &c. Scorta: meretrices. Mercari. pro mercabatur. Canes atq; equos ſi qui erant uenatu gaudentes. Vt cuiuſq; ſtu. ſicut cuiuſq; uoluntas. Flagra: ardebat. Neq; ſumptui .i. non parcebat pecuniis ut obſequeretur libidinibus adoleſcentum. Siue modeſti nō habebāt moderationis rationem: dum uoluptatibus eorum ſatiſfaceret. Dummodo. Obnoxios: ſubiectos & obligatos & recte dixit obnoxios: quia obxius proprie dicitur ille qui obnoxam .i. ob culpam obligatus ē: & iſti adoleſcentes ob aliquā culpā Catilinæ obligati erant. Scio īgt Saluſtius. Frequentabat: ibat ſæpe. Paꝝ ho. pudi .i. obſcœnis uiciis Deditos: fuiſſe Sed ex aliis rebus magis ex alia āte acta Catilinæ uita homines id ſuſpicabant q̄q̄ res ipſa alicui nota eēt. Sed ex aliis rebus ex aliis Catilinæ uitiis id .ſ. iuuentutem obſcœnæ uoluptati deditam fuiſſe. Cōpertum manifeſtum. Iam primum oſtendit eum credebant hoīes ex aliis catilinæ uitiis ipſum Catilinā īpudicos habuiſſe adoleſcētes Fecerat: commiſerat. Nobili: nobili loco nata: cum qua comiſerat ſtruprum. Virgineue .i. cum uirgine ueſtali .i. uirgine deæ ueſtæ tēplum romæ nobiliſſimum fuit: & uirgines huic deæ conſecrāte: æternum ignem in templo conſeruabant & uirginitatem perpetuam: cum una ex his inceſtum Catilina comiſit: Alia huiuſmodi: reſpexit ad obſcœnitatem: de qua ante loquebatur. ius & fas ꝙ cum mulieribus ſtuprum aut inceſtum comiſerat: hoc fortaſſe tollerandum fuit: ſed ꝙ cum adoleſcentibus delectaretur: hoc deterius eſt. ius contra ius humanum. Fas contra ius diuinum Nā ius hominum fas deoꝝ dicitur: ius læſerat ſtuprum comitēdo cum uirgine nobili & ēt adoleſcentibus delectando fas āt deoꝝ ius ōffenderat: ꝙ cum ueſtali uirgine ſtuprum comiſerat. Cuius aureliā Oreſtilē. Præter formam forma qdē bona erat ſed ipſa Aurelia omnibus uitiis erat referta. Bonus. ſ. hō. Quod pro qa ea Aurelia Oreſtila. Illi Catilinæ Priuignum .ſ. filium catilinæ: q priuiginus eius erat futurus. Pro certo: creditur. hētur ꝓ certo. Necato ueneno interfecto. Vacuam: expeditā. Sceleſtibus ſceleratis nuptiis ipſius Aureliæ. Quæ res .ſ. filii cædes. Facinori ma: & ipſe antequā tantū facinus iudicaret .aliq; maius ſcelus aggrederet. Impurus uitioſus. Infeſtus inuiſus. Neq; uigiliis. ſ. uigilādo: qetibꝰ qeſcēdo. Sedari .i. qeſcere: ita hoc mō. Cōſcia. ſ. patrati ſceleris. Excitā ꝓ excitatā: cōmotā. Vſtabat pturbabat. Eius catiline. Exāguis: pallidus. nam cū e uultu ſanguis effugerit: pallor faciē occupat. Fœdi. cruenti: ſanguine pleni. Citus uelox ī ceſſus catilīæ In facie naturali. In uultu accidētali: facies ē forma naturalis q̄ difficulter mutari pōt: uultus q ꝓ uoluptate animi mutatur & dicitur a uolendo eo ꝙ hibitu uultus indicatur animi uoluntas: nam ſimēs aut animus

aliquid lætũ cõceperit aut lætitiã uultus oſtendit:ꝙ ſi aĩus timuerit uultus quoq; metũ ſignificabit. In facie ꝑ conturbatione naturalis formæ. Vultu:ꝑ & pturbatione uolũtatis aĩ. Vecordia.iſania ĩerat cõprehẽdere poterat hitudĩe mẽtis & uultus: Sed iuuẽtutẽ ſupius oſtẽdit quõ iuuẽtũ maxime familiaritates appetebat catilina:eo ꝙ ætas illa faciliẽ ad oĩa facinora ĩpellebaẽ nũc dicit quõ ſceleratiores reddebat Catilina. Nã illexerat.i.traxerat in ſui beniuolẽtiã & amicitiã. Multis modis:ut cuiuſq; ſtudiũ ꝑbebat ex ætate meretrices prebendo aliis equos & canes emendo. Mala facinora.i.maleficia: Ex illis:& q̃ maleficia doceret declarat ipſe.

Sed iuuentutem, q̃ ut ſupra diximus illexerat; multis modis; mala faciora edocebat. Ex illis teſtes; ſignatoreſque falſos cõmodare; fidem fortunas; ꝑicula uilia habere: poſtubi eoꝝ famã atque pudorem attriuerat, maiora alia imperabat: Si cauſſa peccandi in ꝑ̃ſens minus ſuppetebat; nihilomius iſõtes/ſicuti ſõtes/circũuenire; iugular, ſ. ne ꝑ ocium torpeſcerent manus/aut aĩus; gratuito potius malus/atque crudelis erat.

His amicis, ſociſque, confiſus Catilina, ſimul, ꝙ æs alienum ꝑ omnes terras ingens erat, & quid plerique Syllani milites largius ſuo uſi, rapinaꝝ & uictoriç ueteris memores, ciuile bellũ exoptabãt, opp̃mendæ rei P. cõſilium occipit, In Italia nullus exercit⁹. Cn Põpeius in extẽis terris bellũ gerebar. Ipſi conſulatũ petẽdi magna ſpes, ſenatus nihil ſanã intentus, tuç tranquilleque res oẽs, Sed ea ꝓrſus Opportuna Catilinæ. Igiẽ, circiter Ka. Iunii. L. Cæſare. C. Figulo Cos, ꝑmo ſingulos appellare, hortari alios, alios tentare, opes. Imparatam R. P, magna praemia cõiuratõis, docere: Vbi ſatis explorata ſunt quæuoluit, unum oẽs conuocat, quibus magna neceſſitudo, & plurimum audaciae inerat, Eo cõuenere ſenatorii ordinis, P. Lentulus. ꝑ. F. Sura. ꝑ. Antonius. L. Caſſius. L. F. Lungius. M. Cethaegus. ꝑ. Seruius: Sylla. F. filius. L. Varguteius. Q. Annius. M. portius. M. F. Laeca. L. Calphurinus. L. F. Beſtia. Q. Curius. Præterea, ex equeſtri ordine. M. Fuluius, Nobilior. L. Statilius. ꝑ. Gabinius. ꝑ, F. Capito, C. Cornelius, Ad hoc multi excoloniis, municipiis, qui domi nobiles erant. Præterea complures paulo occultius conſilii huiuſcemodi par-

Cõmodare pro cõmodabat ex illis iuuẽibus teſtes falſos. Falſos ſignatores:falſos ſigillatores teſti:conſuetudo fuit apud maiores ut teſtamẽtoꝝ tabulas ſignarent ſigno ſuo hoĩes ad mĩus ſeptẽ:nec aperebãtur teſtamẽta niſi octo dies poſt mortẽ teſtatoris. Hebere edocebat eos. Vilia: nullius curæ:nullius exiſtimationis nullius conſiderationis. Poſtubi.i.poſtq̃. Eoꝝ fama atq; &c. poq̃ eos infames atq; oẽm pudorẽ ex uere fecerãt ad ſcelera maiora incitabat:nã prio hoĩes q bonã hñt famã metuũt ne illã amitant:cũ uero eã amiſerint ad oĩa ſcelera ꝓcliues ſunt atq; prõptiores.

Fac. ac. pu. attri. qa amiſerant bonã exiſtimationẽ & oẽm uerecundiam. Inſontes ĩnocẽtes q nihil offenderant eũ. Sicut ſontes ſicut ĩnocẽtes eos q ſibi nocuerant:hoc ẽ amicos ſicut inimicos. Min⁹ ſuppete.i.minus accidebat offerebatur. Circũuenire pro circonueniebat.i.decipiebat & oſtendebat:Iugulare:pro iugulabat ipſe Catilina: Manus aĩus:illoꝝ iuuenũ. Torpeſceret pingueſceret. Gratuito ſine premio & eſt aduerbium. Malus prauus & ipſe aĩus iuuenum.

His:talibus amicis & ſociis quos ſupra memoraui ſimul confiſus ingens æs. Alienum. eſt omnis ciuitates erant obnoxiæ alieno ære.i.oẽs finitime ciuitates fœneratoribus ingentẽ pecuniam debebant propter aſſidua bella quibus oppreſſe fuerant:nam belli tpe non ſolum hoĩes ſed ẽt ciuitates alieno ingenti ære ſolẽt eſſe obligatæ Et confiſus largius ſuo uſui uſui q profuſis ſuiſ rebus uſi fuerant. Rapinarũ quas fecerant cum ſylla militantes. In italia null⁹ alia quoq; accedebat cõmoditaſ ad eam rem in extremis terris.ſ.in India contra tigranẽ & mitridatem. Ipſi.ſ.catilinæ,nihil ſane intẽtus.ſ.erat,qa nihil tale metuebat ſenatus:& tunc periculum imĩnet:nam cum hoſtes uel inimicos nr̃os nonmetuimus.tũc uero ꝑiculũ maximũ nobis inſtat. Tutae erant.i.oẽs res ita ocioſe Romæ erant & qeſcebãt tãq̃ ſi tutæ & tranquillæ fuiſſent Opportuna ualde accomodata ad id quod Catilĩa exoptabat. Calen. Ianuarias.i.circa principium mẽſis febru.nã Calende uniuſcuiuſq; mẽſiſ intelliguntur poſitæ ĩ mẽſe ꝓcedenti.ẽt ſunt accipiende ſemper pro mẽſe ſequẽti. Conſulibus.ſ.exiſtentibus his conſulatũ gerẽtibus: Appellare. pro appellabat:incepit alloq alios eoꝝ ſi non reſpondiſſent cal iride:& dubitaſſent, utrũ tãtã rẽ aggredi deberẽt Suas opes:uidete qd facere poſſũ multos habeo uiros mihi obnoxios ꝑpea multi ex ciuitatib⁹ finitimuis alieno ære obligati ſũt q ꝑtes nr̃as ſequuntur:poſtremo oĩ ſyllanĩ milites q ad pauptatẽ redacti ſũt erũt nobis aux & alia huiuſmõi dicebat qq⁹ eos ad hãc rẽ:adhortareẽ. Impr̃ã rẽ. qa nullus exercitus ſit ea italia.& ſenat⁹ negligẽs ſit, eo ꝙ oẽs res ocioſæ ſin ĩ urbe. Magna. qa urbẽ ro. oĩb⁹ reb⁹ & ĩpſum orbis terraꝝ cõſeqmini:ſi una mecũ arma cõtra rẽ pu. ſumere nõ dubitaueritiſ. Maxĩa neceſſitudo, maxĩa neceſſitas. Reꝝ ſuaꝝ.i.q extrẽa erãt pauptate.& plurimũ audaciæ duo ſolẽt hĩes ad unã ro cõmittẽdã adhortari:& oẽ ſcelus minimũ faciẽt ut uideaẽ: Eo ad eũ locũ ubi cõſiliũ hũit catilina de re.ꝑ.cupãda. Propterea:cõuenere ad hoc ꝑterea.i.cõuenere coloniis:& mu

& ſuas oſtenderebat

nicipiis. Inter colonū & municipiū ho. Intereſt: quia colonia dicitur cū de nobili ciuitate ad ignobilē mittū tur ciues. ut ſi de uenetiis habitandā uincentia: colonia uenetorū diceretur uincētia: ſed municipiū eſſet ſi ex hac ciuitate uincētiæ mitterentur ciues ad habitandum uenetias: & efficerentur ciues uenetiarꝝ. & uterent̄ ea dignitate q̄ utuntur nobiles & patricii princeps uenetorū hæc ciuitas appellaretur municipiū uenetorꝝ. Paulo occultius: ſecretius quā ſupra memorati. magis ſpes dominationis inter quos creditum eſt fuiſſe Publiū Craſſem diuitē: quia dominatio cū ad hanc rē adhortabatur: non āt in qua rei familiaris cū diues eſſet aliqua neceſſitudo aliqua neceſſitas: ſicut neceſſariarū rerꝝ ſuarꝝ cogebat illos quos ſupra memorauimꝰ. Cæterꝝ ſupius oſtēdit q̄ñ eos oēs alloquutus ē catilina ꝓcipue eorꝝ quorꝝ magis erat audacia non minor erat inopia: dixit ēt fuiſſe nonnullos q potius dn̄ationis ſpe q̄ ulla neceſſitate coacti ad hāc coniurationē ſe contuliſſe: nūc āt dicit eos maxīe catilīæ fuiſſe q nobiliſſimi erat & molliter atq; magniſice uixerāt: q q̄rebant alienas opes cū ſuæ non ſibi ſupperet. Plerāq; iuuē. ꝑs maior iuuenū. Sed maxīe nobiles: oēs inqt iuuenes fauebant catilinæ: ſed ꝓcipue nobiles: qbus & reddit cām. In ocio uel molliter: & ideo cupiebāt aliquē regē q ſuis cupiditatibꝰ concederet. Incerta pro certis: qui non licebat ſibi pro ſua libidine uiuere cupiebant nouitatē fieri: ut ipſi dn̄i rerū cū catilina efficerēt ur. Bellū q̄ pacē: diſcordiam malebant quam concordiā. Non ignarꝝ. i. conſcium conſilii: conſcius qdē erat ſed occulte non aliq̄ neceſſitate coactus ſed dn̄ationē deſiderās. Ipſi: craſſo. ductabat: in indiā uel in ponto aduerſus mitridatē noluiſſe. fuere: q crederent ipm craſſū illius Pō. inuidia ductus craſſus cupiebat potētiā catilinæ effici magnā: ut ſuperior aliqs eēt ī ciuitate pōpeio. Opes: cuiuſcūq; potētiā ſimul credebant illū confiſum &c. Principē fore: qa credebant ſuis diuitiis inter coniuratores principatū obtīere. ſi modo coniuratio conſecuta fuiſſet effectū. Valuiſſet: ſi coniuratio ꝓceſſiſſet. Antea: ante hanc coniurationē. In qbꝰ cati. fue. nondū fuerat ipe coniuratꝰ princeps: ſed ſocius. De quā coniuratione. Deſignati. i. creati conſules illi qdē conſules erāt Luciꝰ Tul. & M. Lepi. ſed hi. ſ. P. Anto. & P. Sylla creati erāt ut ſuccederēt illis cū ſe magiſtratu abdicaſſēt. Ambitus: lex ābitꝰ erat ut q conſulatū uel magr̄atum quēpiā uel lagitionibꝰ corrupto populo conſecuti eēnt ipſi punirētur. Legibꝰ: eiꝰ ābitus. Pecuniarꝝ: qa prouinciā pecunia expoliaſſet: ille dicebat reus pecuniarꝝ q ꝓuinciā cū magiſtratū gereret pecunia ſpoliaſſe diceret. Prohibitꝰ petere conſu. nā nemo reus magiſtratus cādidatus petere poterat: dū lis & iudiciū pēderet. Legitimos dies. ſ. comitiorꝝ. i. inter legitimos dies q ex lege hn̄tur.
Profiteri. i. dare ſuū nomē eo ꝙ reus erat: & reus qcūq; petere magiſtratū neqbat. Eodē tpis: quo. P. Ant. & P. Sylla dānati ſunt ābitꝰ æ catilina pecūiarꝝ repetūdarꝝ ē accuſatꝰ. Nobilis patriciæ gētis. ītellige factioſus uulgo uel ꝑtiſano dr̄: quē ad rē. p. ſ. piſonē. Inopiā &c. qa ſibi ſua diſplicebāt. ideo aliēa appetebat.
Mali moreſ: qa ſēp coſueuerat flagitiis & faciorībꝰ ſe d dere: & iō cōſuetudīe mala ad rē. p. occupādā īcitabat. Hoc piſone: catilīa, q repetūdarꝝ rerꝝ fuerat accu. An: q̄ dānatꝰ fuer. ābitꝰ hoc faciebat ut iiurias ſuas uīdicarēt.
Circiter. i. circa. ī capitolio: cū ſenatꝰ eos conuocaſſēt cōſules. Correp. rapti captis. Faſcibꝰ īſignibꝰ conſulū Piſonē, quē ſupra dixi egeſtate & audacia patū eē ad oīa faciora. Ea re cognita ea re explorata. ſ. ꝙ ſtruxiſſēt conſulū cædē. Conſil. cæ. de cæde conſulū eo ꝙ ī capitoliū n̄ uēiſſēt re cognita. T ā peſ. fa. ꝙ īterfecti fuiſſēt conſules & pars magna ſenatus. Pro cu. a n̄ curiam. Signo da. ſignum conuenerat quo dato omns concurrerent ad cædem. Patratum: commiſſum. Sociis. coniuratoribus. ſ. Poſt con. ur. ex qua urbs ro. condita fuerat. Diremit. diſſoluit conſilium. Ea res ſcilicet ꝙ non conuenerant. Poſtea piſo. uidimus ſu-

ticipes nobiles, quos magis dn̄ationis ſpes hortabat, q̄ inopia, aut alia neceſſitudo. Cæterꝝ iuuentus pleraq;, ſed maxime nobiliū, Catilinæ cœptis fauebat. Quibus in ocio, uel magnifice, uel molliter uiuere copia erat; incerta ꝓ certis; bellū quā pacem malebāt. fuere item ea tempeſtate, qui crederent. M. Luciniū Craſſū nō ignarū eius conſilii fuiſſe, quia Cn. pom. inuiſus ipſi, magnū exercitū ductabat, cuius uiſ opes uoluiſſe contra illius potentiā creſcere. ſimul confiſū, ſi coniuratio ualuiſſet; facile apud illos principem ſe fore. Sed antea item pauci coniurauere contra rem. p, in quibꝰ Catilina fuit: de qua quā ueriſſime potero dicā. L. T. M. Lepido Cos. p. Atroniꝰ. & p. Sylla deſignati Cos. legibꝰ ābitꝰ interrogati, pœnas dederāt: poſt paulo Catilina, repetūdarꝝ reus, ꝓhibitꝰ erat conſulatū petere. ꝙ intra legitimos dies ꝓfiteri nequiuerat. Erat eo tpe. Cn. piſo, adoleſcens nobilis, ſumæ audaciæ; egens, factioſus, Quē ad ꝑturbādū rem. p, inopia, atq; mali mores ſtimulabāt. Cum hoc, catilina & ātroniꝰ, circiter nonaſ decemb, conſilio cōmunicato, ꝑabāt in capitolio; kal. Ia, L. cotā & L. torquatum coſ. interficere. Ipſi faſcibꝰ correptiſ, piſonem cum exercitu ad obtinendas duas Hiſpāias mittere. Ea re cognita, rurſus, in nonas Februarii, conſilium cædiſ tranſtulerāt, iā tum non conſulibꝰ modo, ſed pleriſq; ſenatoribus ꝑniciē machinabantur: quod Catilina niſi maturaſſet ꝓ curia ſignum ſociis dare, Eo ꝑ poſtꝰ cōditam urbē Ro. peſſimum facinꝰ patratum foret, quia non dum frequētes armati cōuenerāt. Ea res conſiliū diremit. Poſtꝰ ea piſo ī citeriorē Hiſp. ꝓ ꝑtor emiſſꝰ,

periuſ quõ res fieri nõ potuit eo ꝙ catilina properaſſet ſignū ante curiā dare cõiuratorib⁹ cū armati hoīes nō dū cõueniſſent: itaq̃ ut cõſilium illud diſſolutū fuiſſet Piſo q eius cõiuratõis princeps erat queſtor miſſus & ī hiſpaniā ꝓ ꝑtore. Poſtea: poſtq̄ diſſolutū ē conſiliū coniurationis: qa ī tpē ñ conuenerāt armati cū catilia ſignum dedit. Piſo: eius coniurationis prīceps. Citeriorē his. duplex ē hiſpāia. ſ. hiſpania citra hiberū fluuiū que citerior ap pellatur & hiſpania ultra hiberum que ulterior appellatur. hic aūt Piſo in citeriorē hiſpaniā

adnitente M. Craſſo; qui eū ī ĩfeſtū inimicum Gn. po. cognouerāt. Neq; tamē ſenatus ꝓuiciā inuitus dederat: quippe, foedū hoīem a re. p. ꝓcul eſſe uolebat, ſimul, quia boni conplures præſidium in eo putabāt. Etiā tū potentia pompeii formidoloſa erat. Sed is Piſo, ī ꝓuiciā, ab equitib⁹ Hiſpāis, quos ī exercitu ductabat, iter, faciēs, occiſus ē. Sūt q ita dicūt, īperia ei⁹ iniuſta, ſuperbia crudelia barbaros neqſſime pati: Alii āt, equites illos, Gn. Pō. ueteres fidoſq; clientes, ex, uolūtate eius Piſonem aggreſſos: nūq̄ Hiſpāos, præterea, tale facinus feciſſe; ſed imperia ſæua multa antea perpeſſos. Nos eam rem in medio relinquimus: De ſuperiori couiuratiōe ſatis dictū ē.

C

Atilia, ubi eos, quos paulo āte memoraui, cõuēiſſe uidet; tāetſi cū ſingulis multa ſæpe egerat, tū ī rē fore credēs, uniuerſos appellare, cohortari, & ī abditā ptē ædiū ſeceſſit: atq; ibi, omnib⁹ arbitris ꝓcul amotis, orationē huiuſcēodi habuit. Ni uirt⁹, fideſq; ueſtra, ſpectata mihi forēt, nequaquā opportuna res cecidiſſet: Spes magna dominationis in manibus fruſtra fuiſſet: neq; ego per ignauiam; aut uana ingēia, incerta ꝓ certis captarem: Sed ꝙ multis & magnis tempeſtatibus uos cognoui fortes fidoſq; mihi; eo animus auſus eſt maximū & pulcherrimū facin⁹ incipere: ſimul, qa uobis eadem q̄ mihi, bōa malaq; intellexi: Nā idem uelle idem nolle: ea ꝯ res demū firma amicitia ē; Sed ego q̄

miſſus ē pro ꝑtore: cūq; q̄ſtor eēt in urbe. Pro ꝑtore loco ꝑtoris. Nitē. ut hæc ſibi prouincia daretur Quod ꝓ quia. Infeſtum: contrariū & aduerſum Gn. Pom. cuius opes nimium plu ꝗ̄ uellet creſcere uidebat. Neq; tamen ꝓ q̄uis craſſus nixus fuiſſet ut in prouinciam mitteretur piſo, tamen ſenatus non contra uoluntatem ſuam conceſſerat. Inuitus: contra uolūtatem ſuam. Fœ. pernitioſum & crudelem. Procul a re. P. remotum a re. P. pōpeii: a quo aliquid pernitioſum metuebat rei. P. potētia: nāq; pompei ultra opes ciuitas exercuiſſe uidebatur: itaq; timebatur ne periculum aliquod rei. p. inferret. In eo: piſone. Etiam tum iam. tū uſq; eo tēpore. Erat formi. timebatur & ideo ſibi aduerſariū pari uolebāt. Quos ductabat: quos ipſe dux habebat ī exercitu ſuo. Iter faciēs: agmē exercitus ducens in hiſpaniam occiſus eſt. Sunt ſ. aliqui qui dicunt cauſam cædis fuiſſe ꝙ nimis crudeliter piſo imperabat hiſpanis: & propter eā crudelitatem eā interfeciſſe. Eius: piſonis. Iniuſta: ultra iuſtitiam. Superbia. i. arrogātia. Crudelia: plena crudelitatis. Barbaros: hiſpanos. alii dicūt non tam fuiſſe crudele imperiū piſonis cauſam q̄ caritatē pompeii: qua milites illi commoti ꝙ quondam ſub pompeii militauerāt uoluntate ipſius pompeii piſonem interfecerunt ueteres antiquos. Fidos: fideles. Clientes: qui ſub clientela pom. ante fuerant: & hæc cā eſt cur dicant hoc facinus cā pompeii factum fuiſſe. Nūq̄ hiſpanos hiſpani autem nūq̄ hoc facinus commiſerunt: ut imperatores ſuos interfecerēt: ergo credēdū ē nec nūc auſos fuiſſe niſi ut pompeio obſequerēt. ꝑterea ꝑterq̄ ꝙ piſonē īterficeret. Sæua imp. antea perpeſ. ergo arguit auctoritate pompeii eū fuiſſe ut piſo interficeretur. Eā rē in me. re hoc aliorū uolumus eſſe iudiciū. Supiori coniuratiōe: cuius princeps erat piſo. Tametſi. i. quāuis.

C

effœta pentum multis tempeſtatib9;haud ſane
qſquā Romæ uirtute magnus fuit.ſed memoria
mea,ingēti uirtute,diuerſis morib9,fuere duo ui-
ri,M.Cato,&.C.Cæſar:Quos,quoniā res ob-
tulerat,ſilentio non fuit mihi pterire conſiliū,qn
utriuſq; naturā & mores,quātū ingenio poſſem,
apirē:Igitur his,genus;ætas,eloquētia,ppe ęqua
lia fuere,Magnitudo animi par.Item gloria;ſed
alia alii.Cæſar beneficiis & munificētia magn9
habebatur,Integritate uitæ/cato ille,māſuetudi
ne & miſericordia clarus factus.Huic ſeueritas
dignitatem addiderat.Ceſar dando,ſubleuando,
ignoſcēdo.Cato nihil largiendo/gloriam adep
tus.In altero miſeris profugium;in altero ma-
lis pernities:illius facilitas;huius cōſtantia lau-
dabatur. Poſtremo,cæſar in animum īduxit,la
borare;uigilare:negociis amicorum intentus;
ſua;negligere;nihil denegare,quod dono dig-
gnum eſſet:ſibi magnum imperium,exercitum,
bellum nouum exoptabat;ubi uirtus eniteſcere
poſſet:At ca.ſtudium modeſtiæ,decoris;ſed ma
xime ſeueritatis,erat:non diuitiis cum diuite;
neque factione cum factioſo;ſed cum ſtrenuo/
uirtute;cum modeſto/pudore,cum innocente/
abſtinentia certabat:eſſe quam uideri bon9 ma
lebat.Itaque,quo minus petebat gloriam,eo ma
gis aſſequabatur. Poſtquam, ut dixi,ſenatus in
Ca.ſentētiam diſceſſit;conſul optimum factum
ratus,noctē,quae inſtabat,antecapere,nequid eo
ſpatio nouaretur,trium uiroſ,q̄ ad ſuppliciū po-
ſtulabat,pare iubet,Ipſe diſpoſitis preſidiis,Lētu
lum in carcerem deducit:idem fit cæteris per
ptores. Eſt locus in carcere,quod appellatur

tulianū: ubi paululū aſcēderis ad leuā, circiter xii. pedes, depreſſus humi, eū muniūt undiꝗ parietes; atꝗ īſup camera, lapideis fornicibus uicta; ſed inculta tenebris; odore fœda, atꝗ terribiliſ facies ei9 ē; ī eū locū poſtquā demiſſus ē Lētulus, uīdices rer̄ capitaliū; qb9 p̄ceptū erat, laqueo gulā fregere: Itaꝗ ille lētulus patrici9, ex clariſſima gēte corneliorū; qui cōſulare īpiū Romæ habuerat, dignū morib9 factiſꝗ ſuis exitū uitæ īuenit. De cethego; Statilio, Gabino cepario, eodē mō ſumptū ſupplicium eſt.

CVm ea Rōe geruntur, Catilina ex oī copia, quā & ipſe adduxerat; & mālī9 habuerat, duas legiones īſtituit, cohortis p numero militū cōplet: deīde, ut qſꝗ uoluntari9, aut ex ſociis ī caſtra uenerat; æqualiter diſtribuerat: ac breui ſpacio legiones nūero hoīum expleuerat; cū in initio nō āpli9 duob9 milib9 habuiſſet. ſed ex oī copia circiter q̄rta ps, erat militarib9 armis īſtructa, cæteri, ut quēꝗ caſus armauerat; ſparoſ aut lāceas; alij præacutas ſudes portabant Sed poſtq̄ Antonius cū exercitu aduētabāt; Catilina p mōtis iter facere; mō ad urbē, modo Galiā uerſus, caſtra mouere, hoſtib9 occaſionē pugnādi n̄ dare, ſpabat, ppe diē magnas copias ſeſe habiturum, ſi Rōæ ſocii incœpta patrauiſſēt; Interea ſeruitia repudiabat, cui9 ī initio ad eū magnæ copię cōcurrebāt, opib9 cōiurationiſ fret9, ſimul alienū ſuis rōnib9 exiſtimāſ, uideri, cām ciuiū cū fugitiris cōmunicaſſe: ſed poſtquā ī caſtra nunti9 puēit, Romæ coniurationē patefactā, de lētulo, & cetego, cæteriſꝗ, quos ſupra memoraui, ſuppliciū ſūptum: pleriſꝗ, quos ad bellum ſpes rapinar̄, aut nouar̄ rer̄ ſtudium, illexerat, dilabunt̄: reliquoſ catilīa p mōtis ſpos, magnis itinerib9, in agrum piſtorieſē adducit, eo conſilio, uti p trāites occulte pfugeret ī galliā tranſalpinā. At: Q. Metell9 celer, cum trib9 legionib9 in agro piceno p̄ſidebat, ex difficultate rer̄ eadē illa exiſtimāſ, quæ ſupra diximus, Catilinā exagitare. Igit̄, ubi ei9 iter ex pfugis cognouit; caſtra ppere mouit; ac ſub ipſis radicibus montium conſedit; qua illi deſcenſus erat in Galliam pperanti. Neque tamen Antonius procul aberat, ut pote, q magno exer-

huiuſmodi quibus noxi necantur. Quod tullianum. quotienſcunꝗ ralatiuum inter duo ſubſtantiua diuerſorum generum ponitur quicunque nolueris addere potes: dummodo utrumꝗ ſit appellatiuum: ꝓ ſi eorum alterum propriū ē concordatur cum proprio non cum appellatiuo:

Parietes murus differentia eſt inter mænia murum & parietem: Nam mœnia ſunt urbis murus publicorum ædificiorum paries priuatorum.

Camera arcus īcuruus. differentia inter cameram & fornicem: Nam camera ē totum ædificiū coniunctum: fornix eſt quilibet ex quatuor arcubus cameræ ſuper quibus ædificata eſt ipſa camera: Inculta de formis. Lapideis fornicibus: id eſt iuncta fornicibus ex alpide factis. Fœda ſordida. Terribilis: formidoloſa: In eum locū deſcripſit locum in quo demiſſi ſunt nocētes: nūc dicit quomodo ſupplicium ſumptum eſt de his.

Demiſſus: de ſupiori loco miſſus in inferiorem Iudices reorum: hos maleficiorū iudices appellamus.

CVm ea romæ: nunc reddit ad catilinā dicēs quomodo ſe habuerit poſtq̄ audiuit ea que facta fuerant. Adduxerat tunc cum ab urbe profectus eſt. Inſtituit: ordinauit. Cohortes pro numero nam legio ſex cohortes continet una queque cohors ſexcentos milites continet Aequaliter: per omnes cohortess. Sed ex omni: hoc plurimum catilinæ nocuit pauci admodum arma militaria habebant. Caſus: ſicut caſu unicuiꝗ ad manus arma puenerant. Sparus ē genus teli quo utuntur ruſtici ad putandas arboreſ & eſt oblōgū & in extremo in curuū in modū pedis: Galliā uerſus: notandū eſt hanc propoſitionē uerſus ſiue in compoſitione ſiue in appoſitione ſemper poſtponi debere in compoſitione ut dextrorſum leuorſum: in appoſitione ut hic galliam uerſus. Incepta: incēdia rapinas. Seruitia. i. ſeruos quorum magna copia confluxerat libertatis cupiditate. Alienum: inconueniens ne extimaretur malo poti9 q̄ bono ciuiū id facere. Dilabūtur: in diuerſas ptes fugiunt. Magniſ itinerib9. lōgis itinerib9. Piſtorieſē. piſtoriū ciuitas ē hetrurie. Tramites dicuntur anguſtiores ſemitæ.

Præſidebat: erat inquit in agro piceno. Qu. metellus: q eum uideret in maximis anguſtiis catilinā extimauit catilinā eadē illa cogitare quæ ppoſuerat Sal. Ex dificultate rer̄: ex anguſtiis qb9 obſitus erat catilina. Sub radicibus: in faucibus Alpium. Qua diſcenſus: qua pre deſcenderet catilina ut iret in galliā Neꝗ tamē Antonius: ſuperius ſcripſit quomodo Metellus celer extimans id quod erat. ſ. in galliam transire ſtatuiſſe catilinam amplium fauces occupauit: nec interea eam perſeq deſiſtebat Anto. & n̄ ualde erat aptior catilina ad fugiendū q̄ ad perſequendum. An nam ſi catilina erat dum ſuis expeditor ad fugam. Antonius locis æquioribus iter faciebat: igitur quantum iuuabat ſpes fugæ catilinam: tantum Antonium equiora tamen quāuis Metellus celer catilīæ deſcēdēti ex alpib9 oppoſitus eēt. Tētare. expiri.

Aequioribus :planioribus: Montibus obiectis Clauſum:hinc Antonius præmebat:hinc montes aſtabant. Fortunã:ſeu proſperã ſeu aduerſã
Conoione:multitudine Extimido:ſi naturaliter fuerit imbellis non poteſt firmior fieri corpore & ſi timidus fuerit:non poteſt audaciam & fortitudinẽ animi capere: Ignauo ad corpus. Timido: ad animũ. Natura:ad ſtrenuum. Moribus:ad fortitudinẽ:ſed cum hinc pericula ſint:hĩc gloria uidetis ſtrenuos & fortes eſſe oppoertere.
Patere apparere. Sed ego uos:quia occurrebat ſi nihil proficit oratio imperatoris ad milites adhortandos cur nos aduocaſti. Secordia ignauia.
Cladem:calamitatem. Neq̃:quia ſe nobis obiicit Melius:nunc uero pergit catilina quod ſuperi⁹ cœperat ut oſtendat in qua neceſſitate ſint milites ſui:ut fortiter ſibi pugnandum intelligant. Iuxta pariter.loco:ſtatu .Aburbe.ſ.exercitus Antonii.
Agallia.ſ.exercitus metelli. Parato:prompto
Dextris :nam dextre noſtræ poſſunt nobis hoc parare. Texerunt defenderunt. Nobis & illis non eadem neceſſitate bellum geritis. qua illi nos pro nobis .illi pro aliis pugant. Superuacaneum :ſuperfluum & minime neceſſarium.
Potentia paucorum :& ob eam rem paruifaciũt uter uincant. Licuit ecce neceſſitas maxima.
Amiſſis :perditis bonis ueſtris Hæc arma:
Niſi uictor.:cui ſemel bellum placuerit ſi pacem uolnerit neceſſe eſt ut uictor euadat: Auerteris:abieceris. Ea uero ideſt certe. Maximum periculum :quia maximo timore afficiunt qui periculis ſubiacent.

citu locis æquiorib⁹ expeditos in fugã ſeq̃retur. Sed poſtq̃ uidet catilia,mõtib⁹ atq; copiis hoſtiũ ſeſe clauſum;in urbe res aduerſas;neq; fugæ neque pſidii ullam ſpem:optimum factu rat⁹;in tali re fortunam belli tentare:ſtatuit cum Antonio quam ptimum confligere.Itaq; concione aduocata,huiuſcemodi orationem habuit.

COmptum ego habeo,milites,uerba non addere uirtutem;neque ex ignauo ſtrenuum;neq; fortem ex timido exercitum impatoriſ oratione fieri:q̃nta cuiuſque aĩo audacia,natura aut morib⁹ ineſt,tãta ĩ bello patere ſolet,quẽ neque gloria;neque picula excitant,ne q̃c q̃ hortere timor aĩ aurib⁹ officit:ſed ego uos,quo pauca memorẽ,aduocaui;ſimul uti cauſã mei piculi apirẽ.Scitis equidẽ,milites,ſecordia atq; ignauia lentuli,quanta ipi,nobiſq; cladẽ attulerit:quoque mõ,dũ ex urbe pſidia oppior;in Galliã pficiſci nequiuerim.Nunc uero,in quo loco res noſtræ ſint,iuſta mecũ oẽs itelligitis:exercit⁹ hoſtiũ duo;un⁹ ab urbe,alter a gallia,obſtãt.Diuti⁹ ĩ hiſ locis eſſe,ſi aĩus ferat,frumẽti atque aliaꝝ reꝝ egeſtas phibet,quocũque ire placet,ferro iter ẽ apiendũ:q̃ pp uos moneo,uti forti atque pato aĩo ſitis.& cũ plium inibitis,memieritis,uos diuitias,dec⁹;gloriam;pterea libertatẽ,atque patiã,in dextris ueſtris portare,ſi uicerim⁹;oĩa uobis tuta erunt;cõmeat⁹ abunde municipia atque coloniæ patebunt:ſi metu ceſſerim⁹,eadem illa aduerſa fient,neque loc⁹,neque amic⁹ quiſquam teget;quem arma ñ texerint.Præterea,milites,ñ eadẽ nobis & illis neceſſitudo impendet;nos p patria,p libertate;p uita certam⁹.Illis ſupuacaneũ eſt,p potentia paucoꝝ pugnare,quo audaci⁹ aggrediamini,memores priſtinæ uirtutis;licuit uobiſ cum ſumma turpitudine in exilio ætatem agere. Potuiſtis nonnulli Romæ,amiſſis bonis,alienas opes ſpectare:quia illa fœda atque intolleranda uiris uidebantur:hæc ſequi decreuiſtis,ſi hec relinquere uultis,audacia op⁹ ẽ:Nemo,niſi uictor,p pace bellũ mutauit.nam in fuga ſalutem ſpare,cum arma,quib⁹ corp⁹ tegitur,ab hoſte auerteris. ea uero dementia eſt. ſemper in praelio his eſt maximum periculum,quam maxe timent.audacia pro muro habetur.Cum uos

conſidero, milites, & cũ facta ueſtra æſtimo; magna me ſpes uictoriæ tenet, animus; ætas, uirtus ueſtra, me hortantur. Præterea, neceſſitudo (quæ etiã timidos fortes facit) nã multitudo hoſtium ne circunuenire queat; prohibẽt anguſtiæ loci. Quod ſi uirtuti ueſtræ fortũa inuiderit; cauete, ne multis animã amitatis; neu capti, potiꝰ ſicuti pecora, trucidemini, ꝗ̃ uirorũ more pugnantes; cruentã atque luctuoſã uictoriã hoſtibꝰ reliquatis. Hæc ubi dixit, paululũ cõmoratꝰ, ſigna canere iubet; atq; inſtructos ordines in locũ æquum deducit. Deinde, remotis oĩbꝰ equis, pro peditibꝰ exæquato piculo, animꝰ amplior eſſet, ipſe pedes exercitũ pro loco atque copiis inſtruxit. Nã uti planities erat, iter ſiniſtros montis; & ab dextra rupes aſpa; octo cohũrtis in frõte cõſtituit. Reliquarũ ſigna in ſubſidiis arctiꝰ collocat; ab his cẽturiones omnis lectos euocatos. Præterea, ex gregariis militibꝰ optimũ quẽq; armatũ ĩ primã aciẽ ſubducit. C. mãliũ in dextera, feſulanũ quẽdam ĩ ſiniſtra parte, curare iubet. Ipſe, cum liberis & colonis ppe aquilã aſſiſtit; quã bello Cimbrico, C. Mariꝰ in exercitu habuiſſe dicebatur. At ex altera pte, C. Antoniꝰ pedibꝰ æger; qđ prælio ad eſſe nequibat, M. petreio legato exercitũ pmittit. Ille cohũrtis uetaranas, quas tumultus cauſa cõſcripſerat, ĩ frõte: poſt eas caeterum exercitũ in ſubſidiis collocat, ipſe equo circũminẽs, unũquẽq; nominãs, appellat, hortatᷓ; rogat, ut meminerint, ſe cõtra latrones inermes, pro patriam, pro liberis; aris, atq; focis certare. Hoc militaris, qui ampliꝰ trigita annos, tribunꝰ aut pfectꝰ; aut legatus, aut praetor, cũ magna gloria in exercitu fuerat, pleroſq; ipſos, factaq; eorum fortia nouerat, ea cõmemorando, militum anĩos accendebat: ſed ubi omnibus rebus exploratis, Petreiꝰ tuba ſignũ dat, cohũrtis paulatim incedere iubet. Idem facit hoſtium exercitꝰ. Poſtquã eo uentum ẽ; unde ab ferentariis praelium committi poſſet; maximo clamore cũ infeſtis ſignis utrinq; cõcurrunt; pila omittunt; gladiis res geritur, ueterãi pristinae uirtutis memores comin ꝰ acriter inſtare: illi haud timidi reſiſtũt; maxima ui certatur. Interea, Catilina cum expeditis in

Nam: reſpondet obiectioni: multitudo: uno uindicati ſicut peccora: quia quemadmodũ pecora iugulantur ita uos cum in eorum manibus perueneritis iugulabimini. Ordines inſtituit totius aciei centurione tribuni militum manipuli legati. Legati: qui legioni ſex milium ſexcentorum & ſexaginta ſex hominum præerant. Pedes cum deſcendiſſet ex quo Pro loco: pro qualitate. Aſpera rupe aſpero ſaxo reliquarum cohortium.

In ſubſidiis. ſi fote prima acies ceſſiſſet. Ab his centuriones pergit dicere quo pacto ĩſtruxit exercitum ſuum dicit. n. cum a dextra ĩ rupe aſpera poſuiſſet aciem ſubſidiis manipulos collocaſſet: ex his delegit centuriones: &c. Ab his ſubſidiis.

Centuriones qui præerant manipulis. Euocatos: euocati dicebantur qui ſcripti erãt ex diuerſis urbibꝰ ſociorum populi ro. Ex gregariis: gregarii milites dicuntur de grege: qui nullum ordiem habent. Curare: curam habere. Aquilam. i. prope uexillũ: eo ꝙ aquilas ſigna romana ſcimꝰ fuiſſe

Cimbroco: quod geſſit contra cimbros. Æger pedibus: podagra laborans. Veteranas cohortes i. ueteranorum militum cohortes ueterãi milites dicebantur qui diu militiam geſſerant: & propterea rei militaris erant peritiſſimi. Tumultus cã: ueterani milites ſubiti periculi cã conſcripti erãt.

Poſt eos poſt ueteranos milites quod ſubiti periculi cauſa conſcripſerat. Inde ſubſidiis: ſubſidia dicta ſunt a ſubſcẽdo: eo ꝙ poſt primas acies ſubſideant. i. ſtent. & cum prima acies uicta uel labefacta fuerit milites qui ſubſidiis erant: in primo loco ponebantur: unde prima acies pedem retulerat. Nominans: nominatim. Ipſe: petreius.

Pro aris & focis: pro templis & focis. Præfectꝰ qui princeps exercitu ductauerat. Prætor: imperator idemq; facit quo tẽpore motus eſt exercitus Antonii & eodem Cati. motus eſt exercitus. A ferentariis. ferentarii dicuntur milites leuis armaturæ eo ꝙ arma tantũmodo ferebãt: quæ mãibus gerũtur. Prætoria cuius cohortis imperatoria tutella erat: hi ex robuſtiſſimis totius exercitꝰ erãt delecti. Expeditis: leuis armaturæ

Ex lateribus:non in fronte ubi Catilina uerſabatur. In primis:inte.primos. Catilina poſtq̃ catilina ubi alios uidit fuſos meminit ſuæ nobilitatis & ne turpiter caperet̃ in hoſtes confertiſſimos improrupit ubi confoſſus eſt:fuſas. Proſtratas:cæſas. Confoditur:tranſfigitur. Sed confecto:nunc dicit Saluſtiuſ qualiter ſe habuerunt romani fuſo exercitu hoſtium. Confecto:perfecto.

Vis:conatos. Amiſſa anima.i.uita. Diuerſus a ſuis. Catilina uero longe. Catilina non modo contentus fuit non fugere:uerum etiam romanos irrumpere uoluit:ne inultus moriretur.

Ingenuus:libere natus eſſet. Iuxta ſimiliter.

Tamen.quamuis cæſus eſſet exercitus catiline Voluentes:ut ſpoliarent. Leticia ꝫeorum q inimicos reperiebant. Meror luctus eorum q amicos cognatos aut hoſpites inuenerant.

PORTII

prima acie uerſari,laborantibus ſuccurrere,integros ꝓ ſaucibus accerſire;omnia ꝓuidere;multum pugnare;ſæpe hoſtē ferire,ſtrenui militis,& boni impatoris officia,ſimul exequebatur.

Petreius ubi uidet,Catilinā contra,ac ratus erat magna ui cōtendere,cohūrtē ꝓratoriā ī medios hoſtes inducit;eoſq; perturbatos,atq; alios alibi reſiſtentes interficit. Deinde,utrinq; ex laterib⁹ cæteros aggreditur. Mālius & Feſulanus ille in primis pugnātes cadunt. Poſtq̃ fuſas copias,ſeq; cum paucis relictū uidit catilina,memor generis,atq; priſtinæ ſuę dignitatis,in cōfertiſſimos hoſtes incurrit;ibiq; pugnās cōfoditur. Sed cōfecto prælio,tūc uero cerneres,quanta audatia,quantaq; uis animi fuiſſet in exercitu Catilinæ. Nā fere;quē q́ſq; pugnādo locū uiuus ceperat,eum,amiſſa anima,corpore tegebat. pauci aūt,quos medios cohors pretoria diſiecerat;paulo diuerſus iacebāt. ſed oēs tamen aduerſis uulneribus cōciderant. Catilina uero,lōge a ſuis,inter hoſtium cadauera repertus eſt,paululum etiā ſpirāſ;ferociamq; animi,quā habuerat uiuus,in uultu retinēs. Poſtremo,ex omni copia;neque ī prælio;neque in fuga,quiſquā ciuis ingenuus captus eſt:ita cūncti ſuę,hoſtiumque uitę,iuxta pepercerant. Neque tamen exercitus populi ro. lætā;aut incruentam uictoriam adeptus eſt:nā ſtrenuiſſim⁹ quiſque;aut occiderat ī prælio;aut grauiter uulneratus diſceſſerat: Multi aūt,qui de caſtris uiſendi;aut ſpoliādi gratia ꝓceſſerāt;uoluentes hoſtilia cadauera,amicū alii;pars hoſpitem,aut cognatum reperiebant. Fuere itē,qui inimicos ſuos cognoſcerēt,ita uarie ꝑ oēm exercitū læticia,maeror,luctus,atque gaudia agitabantur.

# PORTII LATRONIS DECLAMATIO CONTRA LVCIVM SERGIVM CATILINAM.

SI quid ꝓcibus apud deos immortales ſanctiſſimi iudices uobiſcū aliquando uoluiſſemus:
iam dudum & potiremur. R. P. noſtra florentiſſima & ciues noſtros haberemus tum ſtu-
dioſos rerum gerendarum: tum patriæ ſimul ac uirtutis amantiſſimos: Idq́ temporis ex
imia letitia frueremur: cum rationes omnes dicendi noſtras in laudem ſummorum atq́
optimorum ciuium conſumendas eſſe uideremus. Nihil enim ſtatuimus animo dignius
nec auctoritate maiorum nec opinione popularii quam in eo genere uerſari forenſes ex-
ercitationis: quæ canere laudes ægregias ſummorum hominum poſſet: atq́ animos infla
mare noſtre ciuitatis ad imitandum: uerum ea dicendi uolupta olim ſapientiſſimo uiro. M. Catonis plane
contigerit necnon & Calbæ. Scipioni Cracchis: porcinæ: Craſſo atq́ Antonio ſummis atq́ ornatiſſimis
oratoribus: quorum tempora ſingularii præſtantia uirtutis ac ſtudio pene incredibili pulcherrimarum ar-
tium floruerunt: nobiſcum uero ſententia noſtra bene ageretur: ſi modo tantum ab eſſem⁹ ab illa modeſtia
temporum atq́ hominum necincidiſſemus in atrociſſimos rei pu. fluctus ac miſerandam temporum cala-
mitatem. M. ſiquidem. Catoni aut. Scipioni coætaneo ſuo monumentis immortalibus huius urbis &
ſine dubio clariſſimis luminibus temporum ſuorum: De legibus dicendum erat: de inſtitutis maiorum: de
gloria militari perſæpe de laudibus ac uictoriis: nobis uero qui deuenimus in hanc truculentam temporū
cōditionem: ſublata eſt omnis gratia dicendi: atq́ interceptus locus omnis: aut iucundiſſimi ſermonis aut
conciliandæ beniuolentiæ popularis: Nam ſi quando uox noſtra ſiue a foro ſiue a curia deſideratur: dicen-
dum eſt perpetuo nobis aut de teterrimis huius patriæ calamitatibus: aut de nefariis oppreſſionibus ciuiū:
aut de perditæ iuuentutis nunc impudicitia flagitioſa: nunc ignauia ſingulari. Quare peſtium quanta in di
es redundatio eſt uos eſtis teſtimonio iudices. Quorum aures caluerunt aſſiduitate pene quotidiana: copia
q́ incredibili ciuilium controuerſiarum. Diximus equidem paucis ante diebus: ut probe meminiſſe pote-
ſtis. de. L. Glabriōis immanitate atq́ audacia furioſiſſimi hominis & ſine dubio crudeliſſimi Cuius ī ſenatu
ſica pridie deprehenſa eſt cum qua. M. Papirium lucem omnis patrie dignitatis extīguerem oliebatur. Nūc
uero dicendum eſt de. L. Catilinæ ſceleratiſſima mente atque inuſitata nequitia: quam nuper in omnium
ciuium pernitiem ſtragemq́ redundaturam dii immortales in auctorem ſceleris tū benignitate ſua: tum cō
ſulari uigilia retorſerunt. Quæſo igitur iudices diligenter attendite rem que cognoſitæ barbaram crudeli
tate. Periculo uero & calamitate rei publicæ pernitioſiſſimā. Lucius ſi quidem Catilina non ignobili gene-
re præditus neq́ infima uirtute ſi dotes egregias tum fortunæ tum corporis ad dignitatem urbis non ad ꝑ-
nitiem conferre ſtatuiſſet: rem publ. nuper ex atrociſſimis bellorum ciuilium uulneribus pauliſper reſpiran
tem nouis inſidiis opprimere conatus eſt: quid ex horruiſtis iudices non modo opprimere conatus eſt: ſed
crudeliſſime uexare non uexare tantum: ſed inaudito quodam genere feritatis extinguere. Manum ad id cō
pararat diuerſam quidem genere ſed magnitudine ſceleris uitæq́ ſimilitudine pene eadem: quam manum
exacerbatam continuo penuria rei familiaris: & ob id deſiderio predæ mirabiliter flagrantem illecebræ ſi-
bi facilime conciliauerunt: Conſilia nefari facinoris in ampliſſimi ciuis. M. Lecædomo decoquebantur.
Ad eam greges confluebant perditorum adoleſcentium: quorum hic familiaritatem eximiam conſecutus fu
erat: conciliatam partim aſſuetudine ſtupri partim gerere quodam nephariæ largitionis. Adhibiti ſunt &
cuncti barbarorum hominum nobilitati non ſolum magnitudine ſumma æris alieni uerum etiam conſue-
tudine ac ſtudio turpiſſimarum rerum. Necalæ muliebreſ ab eo cœtu religioſo ac nocturno prorſus ab fuiſ-
ſe iudicatæ ſunt: nulla deniq́ portenta urbis nullæ finitimarum regionum peſtes repertæ ſunt. quæ non dē-
notate ſolertiſſime per hunc per magnitudinem inopiæ facilime concitate retente deuolauerunt in arcam
ipſam nephariæ coniurationis: Ratio conſiliorum fuit ut ſaturnalibus proxime futuris uniuerſi cum armis
ad ipſius lecædomum præſto forent: ibiq́ dato ſigno collaberentur omnes partim ad diripiendam inflamā
damque urbem partim ad trucidandum ſenatum: partim ad eos conficiendos qui preſidium urbi ferre uo-
luiſſent: Catilina interim omnes & ducem & imperatorem appellarent. Audiſtis iudices ſatis euidenter. ut
arbitror conſilium ſceleratiſſimi hominis catilinæ reique indigniſſimæ miſerabilem ac deteſtabilem crude
litatem. Nunc ia audienda cauſa eſt agnoſcendeque faces quibus ille flagrauit ad cupiditatem huiuſmodi ſce
lerati facinoris obeundam. Quas ſi plane comprobatas uobis ut arbitror planeque illuſtratas euidētibus ſi
gnis attulero: nihil erit impedimēto qui hoſtem rei publicæ crudeliſſimum atque infeſtiſſimum: ſumus ſup
plicii ſummiſque cruciatibus multandum ac mactandum eſſe iubearis. Tria iudices: ſentētia mea. ſcelerata:
crudelia. flagitioſa: in audita: quæ mentem Catilinæ ſemper immoderatam. ſemper rebus nouis ſtudentē:
ad exitum patriæ cōmuerunt dicēda ſunt Primum ratio quedam triſtis ſimultatis: qua ductus ē uniuerſum
ſenatum. ex memoria repulſe conſulatus capitaliter fuiſſe ſemper inſectatum. Secundo rabies quedam te-
merariæ ambitionis ſitiens immodicæ gloriæ prorſuſque inflammata perpetua quadam & ſingulari cupi
ditate dominandi. Poſtremo cætus infames turpiſſimorum hoīnū non modo fatigati diuturno malo do
meſtica neceſſitatis uerū ēt ībuti flagitiis ac conſuetudine ſcelerū ſempiterna comite: & genetrice peſſima
rum cupiditatum quod genus hoīnū Catilinā ſuū etiam dormientē e ſomno facilime excitare uoluiſſet: iis
oſtēſis breuiter ſaneque confutatis quæ pro defēſione flagitiorū ſuorū noſtri aduerſarii dicēda eē putaue
runt finem adeſſe uobis intelligeris: Bello mitridatico iudices longiſſimo quidē omnium & ſine dubio
poſt punicum periculoſiſſimo: cū diutius in ſenatu de eligendo imperatore dubitatum fuiſſet planeq́

oēs ambigerent : quiſnam ſagaciſſimo regi ſagaciſſimus noſter iperator opponeretur:catilinā inter oēs
competitores incredibili quadam ambitionis magnitudine deflagrantem:omnes ſenatoriæ ſententiæ reie
cerunt . Eo telo percuſſus adeo catilina fuit ut poſtea nullam omiſerit neque perturbande curiæ:neque inſe
ctandi ſenatus occaſionem. Videbant namq; cupiditatem ſuam illo ſuperſtite nunquam in eum locum pro
uenturam fore de quo illam pridem uniuerſæ omnium uoces eiiciendam eē putauiſſent:uoluebat item ani
mo ſummas uitæ neceſſitates :quibus exuere ſe poſſe arbitrabatur:ſi qua ratione præclaris magiſtratibus a-
ſpiraſſet. Nunc illas uero magis ac magis inſtaturatas quottidie intelligebat quandoquidem inſpiceret o-
mnes uitæ ſue rationes ea ſententia iugulatas p̄rſus extitiſſe. Ac quicquid increpuiſſet ulterius metuendam
eſſe conſularem uigiliam:metuendum eſſe iudicium ſenatoriæ autoritatis:hanc uero ſpē ita exanguem ita
conſternata conſuetudo erexit uite prauiſſime ad omne facinus neque ocii ſui patiens neq; alieni:Q ualis
eius uita fuerit:& ſi præclaræ conſcientia publica teneatur huic tamen illuſtrandæ ſeu patefaciendæ teſtes
indubitati uideri poſſunt hi qui ſacrarium illud libidinum colere atq; obſeruare conſuerunt. Q uæ negæ
dii immortales quæ portenta ſcelerum:qui libidinum gurgites:quæ ſententiæ flagitioſorum. Verum his
rumor ſparſus eſt de moribus Catilinæ eaq; gentium opinio peruagata quatenus exiſtimem uoces ipſas pu
plicas non hominum eſſe ſed oraculi potius nuncupandas . Famam uero popularem a maioribus noſtris
ſæpenumero accœpimus :neq; timere unquam naſcituram eſſe :neq; temere occaſuram dedecus illud egre-
gium corporis non ad dignitatem nominis ac gloriæ ſecuti par erat homini nobiliſſima familia nato :ſed
uti latro perdidiſſimus ad omne genus flagitii conferendum fuiſſe ſemper arbitratus eſt. Vires ad ſtuporem
hominum præclare atq; inuſitate perpetua uoluptatum intemperantia ſunt labefactæ:flos pueritiæ uenuſtiſ
ſimæ ad intuentium iucunditatem:cui non libidini potuit flagitioſæ iuuentutis? aut quam turpitudinis no
tam non ſubeundam ultro atq; accerſendam eſſe cogitauit. Lux illa uero præclari atq; excellentis ingenii quā
omnes diuinam ſemper & ſingularem atque inuſitatam penitus eſſe arbitrabātur :non ne inter fœdiſſimas
uoluptatum ſordes reſtincta eſt :omitto peſtis huius in puriſſimas uoces mollitiem ſenicam:obtuitus impu
dicos blanditias muliebres & omnem deniq; copia non mediocrium nitiorum ſub illa frōtis erudita ſimul:
atque inſigni pulchritudine delitiſcērem: Præterea mentem illius pluſquam gladiatoriam:ſitim incredibilē
cruoris humani :mirum inconſtantiæ : genus uultum nunc dimiſum nunc alacrem : nunc anhelantem ſce-
lus:nunc gratia meretritia floreſcentem:ſummum pecuniæ deſiderium ſummam:ſimul prodigalitatem:cō
temptum incredibilem omnium bonorum . Itemque eximiam cum ſummis atque ornatiſſimis ciuibus fa-
miliaritatem :nihil enim fuit iſto monſtruo uerſi pellius:aut mutabilius hominum memoria :ita ut res di-
uerſiſſimæ ſæpenumero uideantur in eodem ingenio tamquam in ſentina quadam teterrima ſimul redun
datæ: Q uis igitur dubitandum eſſe putauerit hominem præditum huiuſce inſtitutione uitæ remotiſſimū
ab omni genere humanitatis:per facile ſe ſe teterrimo cuiq;:atq; immaniſſimo facinori fuiſſe accomodatu-
rum ? fontem aperuimus iudices omnium Catilinæ morum atque omnis conſuetudinis:unde illi de manu
iſſe uis icta præclara conſiliorum facilime intelligenda eſt nunc uidendum eſt ſpē attrociſſimi ſceleris unde
illi ſubminiſtratam fuiſſe iudicemus . Cum hic itaque ſecum repeteret memoria miſerandam ignominiam
comitiorum turpeſque anguſtias afflicte rei familiaris ſimulque intueretur uel ſibi uiuendum ac moriendū
fore cum turpitudine ſumma uel ſenatum nullum eſſe opportere: de ratione dolendi illius primum cogita-
re cœpit Nam illo deleto ſine dubio intelligere uiam latiſſimam libidinibus ſui continuo potere:uertit itaq;
oculos ad innumerabilem copiam iuuentutis :qua dies ac noctes ſtipabatur in exercenda conſuetudine ſua
rum cupiditatum computauit manum ipſa hominum tanquam haſtam ualidiſſimam furoris ſui facilime ſi
bi accommodari poſſe quam contorqueret in omnium noſtrum tuinam atque interemptionem ut quam co
gnouerat educatā uitae prauiſſime inſtitutis:imbutam ſæpe numero ſan guine miſerorum ciuium: ardentē
incredibili deſiderio prædæ. ſibi uero mira familiaritate conciliatum . Genus eſt hoīnū uehemēter exerci
tatum :ferro atq; inopia duabus rebus ad oē facinus paratiſimum. Q uod genus ego ciuitati noſtrae maxīe
debilitate ciuilibus:atq; afflicte magnitudine calamitatum magnopere pertimeſcendum eē iudico. Nihil. n.
illis præter ſpē atq; animam fortuna reſeruauit alteram ad differendam uitæ neceſſitatem alteram ad liuorē
ſuum magnifice accommodatam. Nihil illis contēptibilius : quos ſi quidem rudicamenta uitæ traducta in
hac tenuiſſima re depoſita nunc in gladitoriis muneribus. nunc alia facinoris atorcitate partim ad oē ſcelus:
partim ad oēm patienciam erudierunt. Verum hæ peſtes : ſententia mea quo fuerint abiectiores: eo magis
extimeſcēdas eſſe reror: tanq̄ p̄petuo ſeditionum ciuilium ac rerum nouandarum auidiſſimas: ſiue q̄a uolu
ptatem capiat ex mœrore ſociæ calamitatis: ſiue quia ciuitatum uerſutiā: mutabilitatem rerum ſuarum por
tendi quodammodo arbitrātur hi ſūt quidem quos in foro quottidie: in oculis ciuium calamiſtratos : ac ue-
ſtibus collucentes paſſim obuoli tare cernimus: fortunas omnium popularium atque ocium ciuitatis lumi-
nibus conſignantes qui non modo arrecti permanent ad opportunitatem cuiuſpiam præſentis com-
modi : uerum etiam geſtiunt ad opinionem ſperate utilitatis . Si feras qui omnis generis quo magis atte-
nuate fuerint penuria edendi eo magis præcipites atque effrenatas ruere in pernitiem uidemus : Q uid
hanc deſperatorum collumē ieiunam ac ſitientem facultatum noſtrarum quo impetu quaue ſtrage ruitu-
ram eſſe creditis ? aut de bacharuram ſi ſe carceribus emiſſerint cum ille rōe careāt atque intelligentia hi ue
ro non abſint penitus ab ipſa facultate intelligendi . Crauiſſimi quidem ſunt morſus irritatæ neceſſitatis
Dii immortales quæ clades ab illa feritate hominum: quæ genera flagitioſorum emanauiſſent: ſi noctur
nus iſte imperator: quaſi quaſdam rabidiſſimas belluas in urbis penates immittere potuiſſet . Horret ani
mus

mus iudices.ea cogitatione cōplecti quæ miſeri peretuliſſemus:ſi ſopor oculos conſulares detenuiſſet. Re
ſtinguenda eſt itaq; flamma nobis ſceleratam & atrox dum aduc uelata cineribus ac ſopita : facultas reſtin-
guendi leuiſſime data eſt:ne cum omnia comprehenderit :quod dii penitus auertant:nos fruſtra poſtmodū
furibundam atque exultantem reſtinguere cupiamus.Neque rectore nauis auidendum prorſus exiſtimo in
ipſo mœrore calamitoſæ tempeſtatis quam illi fugere facillime licuiſſet conſurgentam primo ſibiq; ac reb⁹
ſuis naufragium minitantem :Neque item gubernatorem urbis in ipſo excidio & calamitate ciuitatis : quā
rependentem prius ipſe conſilio ſuo:ſuaque prudentia ſubſtinere quodāmodo ac propulſare potuiſſet.Sere
ſunt hominem lamentationes:prorſuſq; uituperandæ :quas occupatas in his lugendis cernimus :quæ uitio
ſuo deſidiaq; contigerunt.Caliſcratidi Lacedæmoniorum duci cum ornatiſſimam cui præerat claſſem:fun-
ditus amiſiſſet propter immoderatam gloriæ cupiditatem :nihil ad eam reſtituendam nouiſſima conſilii
ratio ſuffragata eſt.Quam ſeruare poterat ſi modo in ſtatio continuiſſet : Terencio Varroni ſempiternum
dedecus :atque immortale monumentum erunt flagitioſæ turpitudinis deletæ ad cānas temeritate ſua pul-
cherrimæ Romanorum legiones :que ſeruatæ periculoſiſſimo tempore rei publicæ ſine dubio fuiſſent : &
robur eximium miſerrimæ urbis :& perpetuum decus conſularis prudentiæ diſciplinæq; militariis.Recte
itaq; maiores noſtri ſummis laudibus efferendi:ſūt qui Spu.Melium Crachos: qui Manlium Capitolinū:
qui druſum qui Staturiſſimi fortiſſimos homines :& rei publi.ſæpenumero non mediocriter opitula-
tos :quod deueniſſent affectate tyrānidis ſuſpitionem morte mulctandos eſſe putauerunt :nec Spu.Melio
fauor ampliſſimus ciuitatis.Nec Crachis aui ſui Scipionis clariſſimi uiri memoria :nec Manlio celeberri-
ma gloria capitolii liberati :nec Druſo ſanctiſſimi ſui penates .nec ſaturnio ius ſacroſanctæ dignitatis au
xiliata eſt:Quid ita quia necem paucorum aut unius hominis calamitati publicæ maiores noſtri ſemper
ante ponendam eſſe putauerunt :quod genus crudelitatis eximium :non ſunt arbitrati ciues eos Iperime
re ſummiſq; affligere ſuppliciis:quorū i rempubli.perſæpe claſſima benificiorū genera extitiſſent ? mini-
me : quid ita ; quia nullum ſatis dignū ſupplicii genus in eos conſumi poſſe opinabantur :qui patriæ ſuæ
libertatem opprimere ſtatuiſſent :ne illos ciues eſſe iudicauerunt:quos abiecīſſe rationem patriæ caritatis in
tuerentur .At contra eos qui tales interremiſſent :non modo dici atque appellati ciues ut eſſent ſtatuebant
ſed afficiēdos fore īmortalibus donis:ac ſempiternæ hominum memoriæ conſecrandos. Quid enī po-
teſt indignius dici quā uitā a patria ſuſceptā ad illius pernitiē calamitatēq; conferre quid fingi ſceleratius
quā eorū pœnas ac crudeliſſimā ſeruitutē excogitare.quos hiſdē mœnibus ac tectis conſtitutos eadē leges
atque eadē uiuendi ratio continuiſſet?quid denique poteſt intolerabilius exiſtimari quā inferre de lubris
deorū īmortaliū ac facultatibus noſtris illic ſceleratas faces?acerbiſſimas expilationes ?hæc qui curauerūt
iudices: aut qui tentauerunt unquā ego alienos ab hoſtibus aut diſſimiles feritati beſtiarū exiſtīabo?uidi-
mus de ſpe perficiēdi nepharis facinoris:uidendum eſt de loco:quam latebram commodiſſimam & tutiſſi
mam egregius artifex delegit cum contegendæ conſpirationi ſuæ:tum armis omnibus artifici cōprehendē
dis:ne forſan temere domum nobiliſſimi ciuis atque oppulētiſſimi.M.Lecæ delectam eſſe iudicetis.Primū
homo delectus eſt huiuſmodi nephariis cupiditatibus affinis :quo participe,ſemper uſus fuerat : conſiliorū
ſuorū adiutore:teterrimarum libidinum ſocio maximorum periculorum:cui ſpectato frequenter in diffici
limis rebus ſummam huiuſmodi atrociſſimi mali tuto comitti poſſe facillime ſibi pollicebatur : Præterea
domum deligendam eſſe iudicabat ſolitudine locorū deſertā:& ab omni frequentia populari remotiſſimam
quæ ſcilicet uoces coniurationis tutiſſime continere poſſet. Contulit igitur ſeſe in ipſam Marci Lecæ do-
mum remotam ab omni celebritatæ conſtipatam multitudine arbuſcularū:& ab omni ſuſpitione prodendi
facinoris non mediocriter abhorrentē .quos uero tetenderit ibi coniurationis laqueos aut quas cathenas ſce
lerum conflauerit nobis ac facultatibus noſtris:Saturnalium dies patefactura fuerat :niſi primum benigni-
tate deorum īmortalium:deinde uigilantia conſulari nephariæ ſicæ de manibus latronum excediſſent nul-
las amplius tendiculas pertimeſcam ⁹ab execrabiti monſtro :nullas īſidias ab hoſte teterrimo:tenet:fera nec
ſi uiri eſtis:declinatura eſt telum ipſum ſacroſanctæ ueſtræ auctoritatis:Neue catina neſciēs uigilantiſſimoſ
conſules habere rē publi. Te quocunque ueneris quocunque abieris deligentia noſtra circunſpectum te-
neri:quid externa nocte coniunculis tuis agitatum ſit:licet mecum recognoſcas:cum ad.M.Læcam ueniſſes
unum ex fideliſſimus commilitonibus tuis ad multam noctem teque in interiorem una cū llo cubiculi par-
tem recœpiſſes tanquam in ſacrium memorabile cupiditatum ueſtrarum repēte delæca ſciſcitari cœpiſti nō
quis ex coniuratis adueniſſet:cum ſubito lentulus ac cæthegus teterrima capita maleficiorum omnium furi
bundi atque alacres irrumperunt:moxque ingreſſi uociferare cœperunt quid agis catilina cur uoluptates no
ſtras diuitius remoratis ?præſto ſunt ſaturnalia nobis ocioſis atque oſcitantibus:quem unum dic ſæpenu-
mero nuncupare ſolitus es euerſorem ſuperbiſſimi ordinis fugatorem erumnarum noſtrarum :lucem ac prī
cipem uniuerſæ noſtræ dignitatis.Num ingerendis negociis ignoraſſequendas eē temporum opportuni-
tates:& in occaſione rerum deſidiam ac tarditatem omnem diligentiſſime fugiendam . mutabiliſſimæ ſunt
deorum uoluntates & fortunam cum abire permiſeris.fruſtra poſtmodum deſcendētem ac fugientem ſis ī-
ploraturus. Talia conquerentem tu paucis pro re ſubſecutus: Aquilam argenam proferri continuo iuſſiſti
præclaram auſpicem ac gubernatricem furoris tui futuram. Teſtor noctem ipſam impiarum molitionum
tuarum conſcientia ac teſtem:nihil ex his me fugiſſe quæ clam deſtini ueſtri conatus agitauerunt :per pauca

ſatis attigiſſe fuerit ne ſolitudine in ipſa latibulorum tuorum cum hora uulgi plane deuitauiſſes: feſeliſſe te crederes diligentiam pariter atque induſtriam conſularem. Linquo telorum innumerabilem copiam quam in hiſdem furialibus antris conſtipandam atque occultando fore curauiſti. Mitto litteras manu tua ſcriptas diuerſis mancipiis reddendas: quæ furori tuo ſuccurrere atque opitulari uellent. Tranſeo rem illam ſimillimam prodigio: cum mane iſto iam coacte ſenatu reddundatibuſque ſubſelliis: ſerius in ſenatum preter cōſuetudinem ueniſſes: ꝙ nulli non oculi te ſenatorum ſtatim conſigna ſunt ingrediente demiſſo uultu. pallore terribili: luminibus errantibus ac facie præferente neſcio quid inuiſitate crudelitatis: præterea ſaturnalibus proxime futuris rem adoriri placuit quo die ciuitas omni feriata publico edicto conferre ſeſe in montē auentinum: ac ruſticari quodammodo ſolita eſt: cum tu manum furoris tui diligenter armatam atque inſtructam primum ad cædem ſenatus ac conſulum deinde ad occupandam capitolii arcem fueras immiſſurus: atque his perfectis daturus operam cum direptioni publicæ tum inflammandis ædibus atque his trucidādis qui rempubl. defendere uoluiſſent. Videtis iudices lucem clariſſimam rationum: quam ego profecto cenſeo nullis in uolucris tenebrarum ſuarum obruituros eſſe: Nec. M. Lecā. præclaram ſedem atque officinam teterrimæ coniurationis: nec ipſum deteſtabile caput atque obſcœnum artificem Catilinam. Cunq; hæc omnia conſtent. animaduertendum eſt pariter uno maleficii genere Catilinam non modo deos ac patriam: uerum etiam mores. Leges conſuetudinem urbis atque inſtituta maiorum uiolaſſe. Primum duodecim tabulis cautum eſſe cognoſcimus ne quis in urbe cœtus nocturnos agitarit: deinde lege gabinia promulgatum eſſe qui conciones ullas clandeſtinas in urbe conflauiſſet: more maiorum capitali ſupplicio mulctaretur.

De te itaque Catilina ſciſcitaror: tum cætus iſtos comilitonum tuorum contra præcepta duodecim tabularum: contra leges noſtras. contra ſenatus ac plæbis auctoritatem noctu cogendos eſſe putauiſti: deinde quero ſi quando in lucem ſepulchrares iſtæ coniunculæ tuæ prodiiſſent: quid reſponſurus fuiſſes ſenatui? quid conſulibus? aut quid uiris optimis: atque amantiſſimis patriæ? Quid leges igitur noſtras uiolas catilina? quid ſenatus auctoritatī contradicis? Aequum eſt inſtituta maiorum atque edita grauiſſimi ſanctiſſimique ordinis quia preſtringere ueſania tua non es ueritus. ea reſtituas ac ſarcias ſupplicii tui memorabili animaduerſione. Manlius Torquatus: filium ſuum ſumma & ſingulari uirtute adoleſcentem: ꝙ is in hoſtem contra mandatum patrium dimicaſſet uictorem percuti ſecuri iuſſit. Nos te tendentem contra mandata ſenatuſ contra uniuerſæ reipubli. maieſtatem catilinam perferemus? Maiores olim noſtri ſapientiſſimi homines & ſine dubio grauiſſimi num leges e græcia per lagatos ſuos accerſendas eſſe potauerunt: quibus hanc imperii magnitudinem perpetuo ſtabilirent: ut tu homo recens ſeueritate illarum cum barbatulis tuis abutereris? Non ita uiſum Carthaginenſibus accœpimus in Hānone ſuo morti condemnando fortiſſimo ac triumphali uero: ꝙ is edicto ſenatus eminus obtemperauiſſe putaretur. Non ita placuit Athenienſibus urbi ſine dubio doctiſſimæ atque eruditiſſimæ cum e Scicilia belloque grauiſſimo reuocandum eſſe Alcibiadem ſtatuerunt ſummum & ſingularem imperatorem: quem iuberent expiare ſupplicio ſuo leges uiolatæ religionis Non ita denique maioribus noſtris iudicatum eſt cohortibus exoletorum tuorum ſententia mea longe ante ponendis cum. L. Sulpicium conſulari familia ſummoque ingenio uirum propter exiguam notam libidinoſæ ſuſpitionis cenſeres remouendum e ſenatu: multoſque dies in uinculis habendum eſſe putauerunt Vos uero iudices Gatilinam non modo leges noſtras atque auctoritatem ſenatus crudeliter labefactantē: uerum etiam uniuerſos ciues ad perniciem ferro flammaque deuocantem impune perferetis? Iacet homo proſtratus euentu maximarum molitionum ut qui conatus ſuos conſcientiam ueſtra patefactos atque illuſtratos cernat: neque contectos fuiſſe ſeu ſuperſtitione cruenti ſacramenti: ſeu tenebris nocturnis ſeu ſolitudine locorum per maxima & ſingulari. contundite igitur: contūdite iudices: genus iſtud inauditi furoris: Comprimite hominem geſtientem effrenata temeritate: flagrātem inuſitatis cupiditatibus furententem īcredibili ſuperbia: ſpe noupdarum rerum mirabiliter inflammatum. Quin etiam rem ipſam publicam non modo euentu crudeliſſimæ calamitatis. uerum etiam metu ac ſuſpitione liberate. Diximus equidem ſufficienter de ſenatoria ſimulate Lucii Catilinæ capite ac fonte ſcelerate coniurationis: reſque omnes cōplexi ſumus: quas aluiſſe furorem illam ac primum excitauiſſe iudicauimus: Nunc uidendum eſt de ratione ambitionis teterrima atque exitiabili qua deflagrauiſſe perpetuo Catilinam ſuperiori diuiſione demoſtrauimus Cupiditates equidem plurimas in illo monſtro calamitoſas ac nepharias omnes: perſæpe iudices animaduerti: libidinem uiam pernitioſiſſimam in primis conſpicere uſus ſum: temerariæ cuiuſdam atque incoſideratæ ambitionis qua duce properaſſe nec illo ſtudio nunquam conſciendarum opū nec ullo deſiderio dignitatum abſtinuiſſe reputatus eſt. Putabat enim ſe fruſtra nobiliſſimo genere natum: fruſtra uirtutes eximias corporis: atque animi conſecutum fuiſſe: ni omnia diuina atque humana truculentiſſimo genere cupiditatis inquinauiſſet. Quoſque cernebat excellere Romæ præſtātia quadā dignitatis beatiſſimas eos eē & ſine dubio diis æquiperandos fore arbitrabatur. Id genus ueſanæ cogitationis hominem ſuapte natura præcipitem atque inconſideratū cōpulit in aboīandas ac nefarias uitæ cupiditates. Iſq; nuper comitiis cōſulabus: quādo qdem ſuffragia curiæ propter impēdentē metū Parthici belli diligenter enucleata ſunt quas non adiit Senatorum uoces: aut quos ciuium conſeſſus partim pecunia partim obſecrationibus non obeundos ſuppliciter accontaminandos eſſe iudicauit? nulli tamen ad dignitatem gradus: neque inſanienti neque anhelanti bono cādidato patuerunt. Eadem ratio ſceleratæ libidinis

illum ad maiorem uim ſcelerum pauloante concitauerat. Piſonem meminiſtis egregia uirtute adoleſcentē
niſi & idem cupiditatibus obtemperare conſueuiſſet: calamitoſam ſibi ac multis in urbe ſeditionem excitaſ-
ſe inſigni familiaritate atque amicitia Catilinam uſum fuiſſe nemo eſt qui neſciat: nec modo coniunxiſſe ſe
temerario inueni: uerum etiam illum de ſucceſſu rerum ſuarum non mediocriter trepidantem in audacia ſi
mul ac ſententia confirmaſſe: cum ſe illi uigilantiſſimum ſocium ac ſatellitem fidiſſimum regendæ gubernā
deque coniurationis fore polliceretur. Quod ſi uotis ſceleratorum hominum ſucceſſus aſpiraſſent: quanta
ſtrage ciuium crediris aut quando diluuio facultatum urbanarum ruituram fuiſſe deteſtabilem horum atq;
execrandam impietatem? uerum hi Celites: quorum auſpitiis principes ac parens huius urbis Romulus
pulcherrimi imperii Romani fondamenta iecit triſtiſſimam cladem accōatus perditos nece adoleſcentis
inter cœperunt. Piſone mortuo conquieuiſſe Catilinam dicemus: aut incœpti temerarii pœnituiſſe? Non
penituit modo: nec requieſcendum fuiſſe arbitratus eſt: Sed rurſus alio furori acceſſ t non conſ ueuerat ani
mus perpetuis cupiditatum flagitiis exercitatus prima deſtitutione fortunæ refrigeſcere: ac conſternari:
ſed uix ſepultam memoria piſonianæ coniurationis. L. adeptus eſt Sidicinum potentiſſimum quidem ho-
minem ac tunc furentem ſingulari ſtudio rerum nouandarum. Verum ea fax incendii: rurſum benignita
te deorum immortalium ſummaq; uirtute conſulum reſtincta eſt non obdormiſcit tamen Ca. his deſtitu
tus: euentu uigilitarum ſuarum: ſed rurſum ſæuit in manior: & quam rem publicam ſeruitio non potuerat
obruere: deſtrangulandam penitus ac tollendam cogitauit ſceleratus omnem urbem quam totiens inſi-
diis appetauiſſet: Sceleratiſſimus in patriam: cuius extant in illum ſumma & commemoranda monu-
menta beneficiorum. Remiſcere queſo Catilina: remiſcere: ferrum illud ſceleſtum atq; illas nepharias
faces quas iſtis ſanctiſſimis penatibus atq; iſti pulcherrimæ patriæ minitaris: non ad oppugnandum ur
bem neque ad eam concremandam tibi datas fuiſſe: ſed potius ad ſalutem ciuium dignitatem imperii: li
bertatiſq; noſtræ defenſionem. Per deos immortales oro te Catilina: ſi patria tecum his uocibus uteret: qd
eſſes illi queſo reſponſur⁹: Ego te paruulū Catilīa cum in primis ornatiſſimo genere gentis naſci uoluiſſe de
inde ſummis dotibus exornaſſem tum corporis tum animi: duabus tum rebus inſtituendum putaui fer-
ro ac flamma quibus eſſe tibi parata facultas: tum amplificandi imperii mei: tum: defendendæ publicæ
libertatis: quid eſſe uim armorum in uiſcera noſtra torques: aut quid conuertis ī exitiū ciuiū meoꝝ iſtitutā
diligentia mea: meiſq; rationibus eruditam dimicandi facultatem? Maiores contra tui ſummis a me benefi
ciis atq; honoribus aucti pro magnitudine ſuſceptarum pignitatum pulcherrimas in urbe ſepænumero le
ges pro præſtantia beneficiorum clariſſimas ex hoſtibus uictorias referre conſuerunt. Tu mihi luctus acce
biſſimos paras pro ſumma copia beneficiorum meorum. Tu cædes ciuium: tu domorum incēdiatu uexa-
tiones uirginum: tu uaſtitatem urbis: tu genus atrociſſimæ ſeruitutis. O crudeliſſimum hominum genus:
& ab omni penitus humanitate derelictum. Tu ſtudio flagras eius urbis euertendæ: quam nec Carthaginē
ſium aſtutiſſimi doli: nec Numantinorum eximiæ uites: nec grecorum erudita ingenia labefactare potue-
runt. Quod ſi citentur hi populi rurſum diuinitus: atq; iſte extibes redeant in ſtatū uetuſtiſſimæ dignitatis
certe non ipſo ſcelere tuo: quicq̄ in me crudelius: nec quicq̄ maius extimeſcēdum molituras fuiſſe ꝓdicabūt:
Sed ad te redeo: temperare ego memet mihi curſumq; iſtū uiolentæ oratiōis a forſan reuocādum eē iudica-
rē: tū ab odio tuo: tum ab ipſa dicendi acerbitate ſi quē in te ſenſum patriæ caritatis aſpicerent: aut ullo te pū-
cto poſſe arbitrarer ſceleratam iſtam mentē relinquere. Sed id genus eſt cupiditatum tuarum ut reſtinguen
darum forſan rationem aliquam conſequi poſſis ſenandarum nullam nec te prius amiſſurum peruerſitatē
iſtam animi puto q̄ uitam amiſeris. Vellem reuiuiſceres Ahala: Seruili nō expectaremus ſententiam iudiciū
neq; abuti maieſtate ſenatus atq; auctoritate. p. ro. ſi magnitudinem tanti flagitii ſanguine tuo ſtatim expia-
uiſſes. Nam de ſenatus uoluntate nihil ambigimus modo non impediret legibus: repente profecto fueras
pœnas impietatis tuæ digniſſimas laturus. Vtinam deorum immortalium munere iudices: mentem
atque animum huius introſpiceremus. Ne qua uobis fieret uobis puniendi dubitatio: qui tantum ſcele-
rum ingenio conflauiſſet. Videritis enim mentem anhelantem triſtiſſimum genus minarum mentem
de bacchantem inaudita feritate furentem incredibili ueſania: ſentientem cruoris urbani præde auidiſſi-
mam uobis atq; omnibus ferro flammaque miintantem Catilinam uobis demonſtrauimus: iudices irrita-
tum perſæpe repulſis commitatibus: nullas uocum: aut ſuffragiorum corruptelas fuiſſe prætergreſſum:
deinde nullis rationibus infractum: ac perterritum: de perſeuerantia ſcelerum ſuorum extitiſſe: quibus ani-
maduertere ſane poteſtis quanta ſemper immanitate laborauerit ambitionis Supereſt anuiſſima pars di-
uiſionis: grex ipſe ſodalium Catilinæ truculentus: atque amens; cuius in manu non exiguam rationem fu
iſſe diximus excitande coniurationis. Lentulus ſiquidem & cethegus terribilia portenta noſtræ ciuitatis
furiæque uel certiſſimæ popu. roma. multa de magnitudine ſua in ipſis concionibus: multa de dignita-
te imperii ſui futuri: palam predicare conſueuerunt: tanquam ſi deorum immortalium concilio inter-
fuiſſent: Primum Lentulus in libris Sibullinis neſcio quid perſpexiſſe ſe prædicabat: quod uiri accutiſſimi
atque peritiſſimi .L. Cornelius ac Cu. Piſo. cuſtodes publicarum cerimoniarum nequaquam pro-
ſpicere putauerunt. Lucem namque ait neſcio quam de domo Cornelia quondam proditeram
fore: quæ gloria nimis ſui Romanum imperium ſimul & complexuta ſit & illuſtratura eoque ge
nere uaticinii dignitatem ſuam portendi fataliter putauit: planeque opinatur fati ſui rationem in

ſui rationem in ipſa latebra Sibullinæ diuinationis:tāq̄ i equo troiano delitefcētē:Ego uero Sibullā ſine du
bio ſapiētiſſimā mulierē fuiſſe iudicio uiſamqꝫ idoneam diis īmortalibus:cui ſingularē quādā uim diuinan
di concederent:uerū illam delirā penitus ac prorſus cæcā fuiſſe affirmarem:ſi quā ſpem dignitatis in ac cru
deliſſima peſte re poſuiſſet:Si quid tamen ceciniſſe niſa ē:quod ad Corneliam gentē pertinere uiderēt: uim
omnem illius diuinationis in uno.L.Sulla conſumptam fuiſſe iudicemus : cuius pauloante reſpu . ſenſit &
crudeliſſimam ſimul & ampliſſimam poteſtatem.Nec ego deos immortales huic imperio tam infeſtos eſſe
reor:neqꝫ a ſalute populi romani tam abhorrentes : ut homini dementiſſimo regnum concederent huius
ſanctiſſimæ atque optime ciuitatis.Sullam profecto crudelitas uicit.At ipſe maximarum laudem uirtutum
& rei militaris ſummam ac ſingularem gloriam conſecutus.Lentulum uero nullæ uictoriæ noſtræ ciuitati:
nullum ſtudium armorum nulla præſtantia uirtutis aut ingenii commendauit . Q uæ uero, non tabernæ
potius:aut qui non greges infamium hominum.Sibullinum iſtum principem concelebrarunt:nam uitam
eius commemorare non eſt neceſſe uerſatam ſuper in obeundis libidinibus ; ac ſocietate turpiſſimorum ho
minum nobilitatam:nihil in eo ſanguinis auiti:nihil induſtriæ romanæ:nihil ſplendoris domeſtici:nihil
auitæ frugalitatis.Fingitæ uobis iudices:fingite dignitatem huius hominis tum florētem ampliſſimo ma
giſtratu :tum omnibus po.ro.muneribus exornatam:Q uantum queſo ſanguinis ciuilis in foro:in curia re
dundaturum eē creditis aut quātam uim libidinis atqꝫ impudicitie per omnium ciuium cubicula demana
turam:profecto dignitate fretus ea quæ priuatus concupiuiſſet nonne dubio conſequerēt.Ferreretur a mēs
in omnia:nec ullæ rationis conſiliorū aut pudoris:nec ulla ſtudia humanitas refrenarēt ꝑcipitē atqꝫ incita
tū curſum uetuſtæ crudelitatis Cethegus inferior nobilitate atqꝫ ingēio uehementia furoris longe īmanior
parū ē lentuli ſomnio diſcedere uiſus ē. Verū inſaniā leuiſſimæ opinionis modeſtiore loquēdi rōne cōtege
re uelle uideretur.Genus eſt idē tamen furoris eadēqꝫ ratio concelebratæ diuinationis.Tales hi ſcelerū arti
fices āboqꝫ concitari ad euertendā rēpu.parti a ueſana ſpe uaticini cōmemorati :parti a nepharia ſcelerū aſ-
ſiduitate Catilinā offend runt nouis rebus ſtudentē cuius preſidi o conſilioqꝫ cupiditates ſuas iuuari poſſe
facillimæ crediderunt : ſi uero ſociorum copioſiſſimo ſeſe conuinxiſſent.Eſt.n.in illo monſtro.ſicuti paulo
ante retigimus uis eximia facetiarū:& ratio quædā ad umbrata uirtutē:facilis ad cōprehendendū omnium
hominum familiaritates .Hunc igitur catinam adepti cethegus & lentulus & ipſi lenociniis ſuis inſignes ad
omne genus beniuolentiæ ſubeundum deflagrare cœperunt admirabili quadam cupiditate ſeu diripiendæ
urbis ſeu potiendæ dominationis .He ſunt iudices :huius nepharii facinoris abhominandæ faces : hi ſunt
crudeles igniculi quibus exarſiſſe Catilinæ ferocem animum facillimæ credendum eſt.Talibus initiis con
ſociati princeps nephandæ coniurationis :manum exiguam deſperatorum hominum atqꝫ obſcœne iuuen
titis:pedetentim coegērunt coactam quid uellent edocuerunt:edoctam:pari cupiditate ſceleris inflāmaue-
runt:inflāmatam deniqꝫ pepulerunt ut in omnium noſtrum facultates ac uitam facillime conſpirarent .Fu-
rias iſtas audiſtis iudices cōmodiſſimas ac paratas non modo ad uiuos cōmouendos in omne facinꝰ : uerū
etiam ad mortuos ex ipſo herebo mediiſqꝫ buſtis excitandos Reperti ſunt tum atrociſſimi ſceleris patroni
quiqꝫ imanitatem deteſtandæ rei tum contegere uerbis:tum excuſare conati ſunt.l.Hortenſius uir eximia
caritate rei pu.ſummiſqꝫ ornamentis preditus & ſcientiæ & moderationis nequaquam omnia credenda eē
dicit:iubetqꝫ grauiſſimis hominibus facilitate iudiciorum diligenter eſſe continendam . Primum affirmat
catilinam i perpetua cuſtodia ſenatus extitiſſe:deniqꝫ nunq̄ ferme diſceſſiſſe a latere.Publii Ceponiis nobi
liſſimi ciuis:atqꝫ integerrimi uiri: ita ut lepide dicat diſeparationi eorum neqꝫ ſolē orientem unq̄ neqꝫ occi
dentē interuēiſſe:credo eqdē ſapiētiſſimū hoīem horteſiū:ut ē inotientia ſingulari ſummaqꝫ uirtute cuncta
ipſa grauiſſime ſimul atqꝫ ornatiſſime cōplexus eſt ita uera eē ſicuti dixerit extimare:ſed lōge graditur a ſen
tentia mea.Q uæro igitur.de te.L.Horteſi:teqꝫ obteſtor atqꝫ obſecro per ipſum ius uetuſtiſſime noſtræ fa-
miliaritatis:ſi.L.Catilinam conſtat dies omnium ciuium conſcientia ſiue in foro ſiue in turmis agere nunc
ſtipatum cateruis exoletorum ſuorum.gladitoriis agminibus per ora uulgi palam obluitare.ſi manifeſtum
eſt noctes omnes aut in luſtris ſcortorum aut in antris.M.Lææ inducere uiri tuo iudicio non abhorrētis
a rei pu:caritate:quid eſt ꝙ illum obuerſatum dicas in perpetua cuſtodia atqꝫ oculis ſenatorum niſi forte cu
ſtodiam ſenatoriam uocas uel exiguam moram in ipſius curiæ conciliis obeundis . Q uid uero pertinet ad
ipſius cepionis familiaritatem aſſiduam beniuolentiamqꝫ ſingularem:nihil eſt quod inſimulationi noſtræ
derogādū eē iudicetis.Diximꝰ.n.ſuperiꝰ ingēii catilinæ miros atqꝫ ocultiſſimos eē receſſus nec qui cogno
ſci ſeu per luſtrari facillime poſſent.Vigent.n.in illa clade res diuerſiſſimæ pariter continentia & libido.Ni
hil illo perſæpe affixius ad tollenda bonorum conſortia:nihil ſollertius ad illis inſidiandū nihil illius mūi
ficentia inſignius:nihil auidius rapacitate:nihil acutius conſilio:nihil temeritate contemptibilius ; quæ cū
ita ſint cepionem ad mirabimur in tantis uiriarum ambagibus errauiſſe . Me me:q̄ fateor iudices uetuſtiſſi
ma quadam familiaritate catilinæ coniunctum:perſæpe delirauiſſe miris per plexionibus illius : neqꝫ un-
quam certi quicquam in illo ingenio comprehendere potuiſſe nihil igitur erit miri ſi uirum integerrimum
cepionem:uerſutiſſimi hominis doli atqꝫ inconſtantiſſimi mores ſefellerunt . Non erit itaqꝫ neqꝫ grauitatis
Horteſi candidiſſimā opem humanitatis tuæ ſummaqꝫ dicendi copiam fontibus ipſis polliceri:aut quam
beſtiam irretitam iudicio tenemus diſſolutam atqꝫ exultantem rei pu.immittere Q uod te nunq̄ cōmiſſurū
fuiſſe arbitrarer:niſi qui me moras iidem te Catilinæ ſine dubio ſefellerunt Satis oſtentatam uobis putamꝰ
iudices tum rationes periculi noſtri:tum huius īmaniſſimi ſceleris atrocitatem.Nam odio ſenatꝰ ꝓ maxīo
catilinam arſiſſe demūſtrauimus:ſi ratōes uitæ ſuæ ueteres ac nouas in excitatōe teterrimaꝝ libidinū collo

catas:ſi ſpecie perficiendi ſceleris homini proſequẽtiſſimo inimicitiarum:ſi deniqꝫ locorum ac tp̃is oppor
tũitates extitiſſe p̃terea ſi rabiẽ quãdã ambitiõis ĩ illo fuiſſe diximus ſi nullam poteſtatẽ referẽdaꝝ libidinũ
aut ullũ pœnitẽtiæ locum Poſtrẽo ſi copiam innumerabilem deſpatæ iuuentutis cũ illo coniunctam fuiſſe
patefacimꝰ & eã ſimul oſtẽdimꝰ ſuopte gẽio:furẽtem ĩcredibili audacia ſummaqꝫ cupiditate ꝑdẽde ac uexã
dæ urbis infiãmatã:quid erit iudices ꝙ dubitetis de liberãda patria:deqꝫ ulciſcẽdi crudeliſſimi ſceleris ima
nitate.Nouiſtis.n.facinus inauditum omniũ hom̃ium mẽoria.facinꝰ atrox ſuperbũ:nepharĩꝝ:pnitioſum
remotiſſimũ ab omni humanitate:nã lege:conſuetudine:cuius acerbi tatem ſi mius aĩo bene pſpexiſtis:q̃ſo
mecũ diligenter attẽdite:ſcelꝰ id iudices:euerſionẽ nephariam moliebantur ampliſſime noſtre dignitatis:ĩ
teritũ crudeliſſimũ ſenatorii ordinis:cædam cõem omnium bonoꝝ:huiꝰ ſceleris libido repoſita erat ĩ diri
piendis omnium ciuium facultatibus atqꝫ opprimẽda urbis libertate huic ſceleri : parabanẽ teterrimæ con
iugum ac liberorum noſtroꝝ uexationes:ĩ hoc ſcelere uerſabanẽ deniqꝫ faces inferẽdæ penatibꝰ n is: expil
lationes ædiũ ſtupra uirginũ uectaliũ:luctꝰ ac mœror miſerabilis uniuerſe ciuitatis.Quæ ſi uobis ut ſunt ĩ
digna atqꝫ intollerabilia uidentur:non iniquũ erit autores horũ maloꝝ mulctare teterrimis ſuppliciis : cla
demqꝫ omnium crudeliſſimã e uiſceribus.r.p.propulſare.Tenetis exẽpla maiorũ atqꝫ omniũ gantiũ auto
ritatẽ:qui ſuper ſummas & ſingulares penas in eo genere hominũ conſumẽdas eſſe putauerũt :qui rationẽ
habuiſſent aut ꝑdẽdæ patriæ aut opprimẽdæ pu.libertatis.Nihil igiẽ erit ĩpedimẽto qui audaciã crudeliſ-
ſimi hominis Cat.crudeliſſimo genere ſuppliciorũ expietis & ultionem ex illoꝝ cruciatibꝰ ac penis capiat.
r.p.quorum erat conflagratura manibus niſi ſanctiſſimi imperii ro.cuſtodes ac iudices dii ĩmortales nepha
riis uotis obtitiſſent credite iudices odierno die conſurrexiſſe uniuerſam urbẽ cõſpecturã ex iudicio ueſtro
planeqꝫ animaduerſurã qđ in poſterum de ſalute uia deqꝫ facultatibꝰ ſuis ſperãdum ſit.Credite irẽ uim uni
uerſam flagitiõſæ iuuẽtutis aut hodierno Cat.ſupp.ſimul cõficiẽdã fore: aut illius liberatiõe lætã atqꝫ exul
tantem non multo poſt in oĩum noſtrũ pernitiẽ una cũ illo celerrime conſurrecturã.Agiẽ ſiquidẽ hodierna
ueſtra ſnĩa de ſalute huiꝰ pulcherrimæ atqꝫ optimæ ciuitatis:de ſtabilitate ĩperii ro.de legũ ĩ colũitate : de li
bertate ciuiũ:de pudicitia liberorũ ac coniugũ ueſtrarũ:huiꝰ.n.peſtis idẽ ſcelꝰ erat ut non craſſaturũ ꝑ capita
paucorũ ſed tãq̃ atrociſſima uis ueneni per omne corpus urbis diuina naturã ſcelꝰ aut q̃ peſtẽ ſi uindicãdũ
eſſe cenſebitis:ut reor & reſpu:deſiderat putate profecto deos immortales & in primis Cap.iouẽ ſempiter
num cuſtodẽ ac uindicem huius imperii pro libertatis eorum tẽplis ac cærimoniis gratias nobis ãpliſſimaſ
eſſe reddituros.Putate pariter idem facturam eiſſe curiã ꝑ defenſa conſulũ uita :ſeruataqꝫ ſenatori ordinis di
gnitate.Putate matronas urbis ac liberos noſtros obſeruatam pudicitiam ſupplices ac congratulantes uni
uerſos ad genua ueſtra ſeſe obuerſaturos fore.Putate uirgines ueſtales atqꝫ ipſam maieſtatem ampliſſimi nu
minis ob liberationem ſuam:ſumma uobis leticia congratulaturam . Putate deniqꝫ ciues omnes ob reten
tam uitam ac libertatem penates publicos pro conſeruatis focis atqꝫ aris:pietes urbis pro propulſato teterri
mo genere uaſtitatis ferme incredibili gaudio exultaturos . Putate tandem hodierno iudicio paratum eſſe
uobis aut immortales dedecus:aut memoriam nominis ſempiternam . Multa ſunt equidem in ac uita que
turpiter ac calamitoſe neglecta reſtitutionem tamẽ quodammodo patianẽ huius uero uindicandi ſceleris ſi
p̃ntem facultatẽ neglexeritis fruſtra poſtea recuperandæ copiam queretis:aut odie uobis propulſanda ẽ eui
ſceribus.r.p.peſtifera uis calamitatis:aut ipſi patriæ ſine dubio concidendum.Vtrum eligendum ſit uos ui
deritis.Qui eſtis iudices humanitate tanta ne ſecordia dicam ut eorum uita ac ſpiritum diutius ĩ.r.p.com-
morari patiamini:qui uitæ ſalutiqꝫ ciuium crudeliter inſidiati ſunt:præponitæ uobis ãte oculos ac medita
tione crebra reuoluite diem illum nepharium:quo ſalus omnium ciuium quo facultates noſtre quo res ip
ſa pub.peritura fuerat.Quando.ſ.aſpexiſſemus beſtias iſtas emiſſas carceribus per urbem omnem :per do
mos noſtras furialiter exultantes ipſumqꝫ in primis miſerandi facinoris ducem ac principem Cat.cõfirma
tum hoc iudicio:ſpe plenum laticia geſtiẽtem:nunc hos ad ædem noſtram nunc illos ad rapinam atqꝫ ĩflã-
mationem ædium deuocante coniuges e complexibus noſtris ad libidinem uictorum raptæ fuiſſent liberi
ad ſtupra de gremiis parentum extorti:præcioſa ſupplex aſportata:tecta conflagraſſent ignibus : corpora
cæſa paſſim iacuiſſent.omnia deniqꝫ gemitu fletuqꝫ redũdaſſent:Hæc fuiſſet imago miſerrimæ urbis : quã
urbem a maioribus noſtris florentiſſimam accœpimus:& ſi prohibueritis claram atqꝫ excellentem poſteriſ
noſtris tradituri ſumus . Per humanitatem deniqꝫ ueſtram uos obteſtor atqꝫ obſecro iudices : per amorem
huius pulcherrimarum atqꝫ inuictiſſime urbis per omnia que uobis iocondiſſima ſunt ĩ uita. prouidete ite
rum atqꝫ iterum ne liberati quondam tot ampliſſimis bellorum periculis:tot in imminentibus malis erepti
nunc per ignauiam noſtram ac diſidiam periclitemur:eripite uitam ciuium a miſeranda crudelitate . Prohi
bete penates ueſtros a nephariis ignibꝰ.Seruate pudicitiã neceſſitudinũ noſtraꝝ a teterrimis uexationibus
liberate tẽpla deoꝝ a triſtibꝰ rapinis:ſubtrahite fortunas publicas ab indigna direptione ꝓtegite magiſtratꝰ
nr̃os ab ĩnaudita feritа.e.defendite dẽiqꝫ uniuerſam urnẽ ab hoc ĩuſita. ꝑtorſus : & triſtiſſimo gñe calãitatis

C.CRISPI SALVSTI LIBER DE BELLO IVGVRTINO.

FALSO queritur de natura ſui genus humanum : quid imbecilla : atque æui breuis
forte potius quam uirtute regatur . Nam cuncta reputando neque maius aliud :ne-
que preſtabilius inuenies : magiſque naturæ induſtriam hominum quam uim aut
tempus deeſſe:ſed dux atqꝫ imperator uitæ mortaliũ animus ẽ:qui ubi ad gloriã uirtutis
uia graſſatẽ:abũde pollẽs potẽſqꝫ & clarꝰ.neqꝫ fortũa eget:qppe q̃ ꝓbitatẽ ĩduſtriã : aliaſ
qꝫ bonas artis:neqꝫ dare:neqꝫ eripeẽ cuiq̃ põt. Sin captꝰ prauis cupidibꝰ ad ĩertiã & uo

luptates corporis peſſudatus eſt.pernitioſa libidine paulis p uſus ubi p ſecordiã uires:ætas:ingenium deflu
xere naturæ infirmitas:accuſatur ſuã quiq; culpã autores ad negocia tranſferunt.Quod ſi oĩbus bonarum
rerũ tanta cura eſſet quãto ſtudio aliena ac nihil profutura multaq; etiã periculoſa petunt:neq; magis regerẽ
tur caſibus qua regerent:& eo magnitudinis procederent:ubi ꝓ mortalibus gloria æterni fierent nã uti ge
nus hominum compoſitum ex corpore & anima eſt ita res:cuncte ſtudiaq; omnia alia corporis:alia animi
naturam ſequuntur.Igitur preclara facies:magnæ diuitiæ:ad hoc ius corporis & alia omnia huiuſcemodi
breui dilabuntur.At ingenii egregia facinora ſicuti anima ĩmortalia ſunt.Poſtremo corporis & fortũæ bo
norum ut initium ſic finis eſt.Omniaq; orta occidunt & aucta ſeneſcũt.Anim⁹ incorruptus æternus rector
humani generis agit:atq; habet cuncta neq; ipſe habetur.Quo magis prauitas eorũ eſt admiranda qui de
diti corporis gaudiis p luxum & ignauiã ætatem agunt.Ceterum ingenium:quo neq; melius neq; ampliuſ
aliud eſt in natura mortalium incultu atq; ſecordia torpeſcere ſinunt:cum præſertim tam multæ uarieq; ſint
artes animi quibus ſumma claritudo paratur.Verum ex his magiſtratus & impia.Poſtremo omnis cura re
rum publicarum minime mihi hac tempeſtate cupienda uidentur:quoniam neq; uirtuti bonos datur:neq;
illi quibus per fraudem uis fuit:utiq; eo magis tuti aut honeſti ſunt. Nam ui quidem regere patriam aut pa
rentes:quãq̃ & poſſis:& delicta corrigas:tamen ĩportunum eſt cum preſertim omnes rerum mutatiões ce
dem fugã aliaq; hoſtilia portendant:fruſtra autẽ niti:neq; aliud ſe fatigãdo:niſi odium querere extremæ de
mẽtiæ:eſt niſi forte quẽ in honeſta & pnitioſa libido tenet:potentiæ paucorum:decus atq; libertatẽ ſigniſi
cari ſuam.Ceterum ex aliis negociis:que ingenio exercentur ĩ primis magno uſui eſt memoria rerũ geſtaꝝ
cuius de uirtute quia multi dixere puto preterendum ſimul ne per inſolentiam quis exiſtimet memet ſtu
dium meum extollere laudando.Atq; ego credo fore qui quia decreui procula:Rem.p.ætatem agere:tan
to tãq; utili labori meo nomen inertie imponunt.Certæ quibus maxima induſtria uidetur ſalutare plebem
& conuiuiis gratiam querere.Qui ſi reputauerint:& in quibus ego temporibus magiſtratus adeptus ſin &
quales uiri idem aſſequi nequiuerint:& que genera hominum poſtea in ſenatum peruenerim:profecto exi
ſtimabunt me magis merito q̃ ignauia iudiciũ animi mei mutauiſſe maiuſq; cõmodũ ex ocio meo q̃ ex alio
rum negociis rei pu.uenturꝝ.Nam ſepe audiui ego.Q.u.M.P.S.Preterea ciuitatis noſtre ꝑclaros uiros ſoli
tos ita dicere cũ imagines maioꝝ intuerentẽ uehementiſſime ſibi animũ ad uirtutẽ accẽdi.ſ.nõ cærã illa:ne
q; figurã tantam uim in ſeſe habere:ſen memoria rerum geſtaꝝ eã flammã egregiis uiris increſcere pectorẽ
neq; prius ſedari:quã uirt⁹ eoꝝ famã atq; gloriã adæquauerit.At cõtra qs omniũ eſt his morib⁹.q nõ dedi
uitiis & ſumptibus non probitate neq; induſtria cũ maiorib⁹ ſuis cõtendat.etiã hoĩes noui q per uirtutẽ ſo
liti erant nobilitatẽ anteuenire furtim & per latrocinia potiuſquã ex bõis artib⁹ ad imperia & honores nitũ
tur.Perinde quaſi pretura & conſolatus atq; omnia alia huiuſmodi per ſe ipſa clara & magnifica ſint.Ac nõ
perinde habeantur:ut eoꝝ qui ea ſuſtinent:uirtus eſt:uerũ ego liberius ſatiuſq; proceſſi:dum me ciuitatis te
det morum piger nunc ad inceptũ op⁹ redeo.

B Ellum ſcriptur⁹ ſum:quod.P.R.cum iugurtha rege Numidiaꝝ geſſit:primũ qđ magnũ & atrox
uaria uictoria fuit.Deinde quia tum primum ſupbiæ nobilitatis obuiatũ ẽ:que contentio diuina
cũcta & humana pmiſcuit.Eoq; uecordiæ ꝓceſſit.ut ſtudiis ciuilib⁹ bellũ atq; uaſtitas Italiæ finẽ
faceret ſed priuſquã huiuſcemodi initium expeditam pauca ſupra repetam:quo ad cognoſcendum omnia
illuſtria magis:magiſq; in aperto ſit. Bel.pu.ſecondo:quo dux Carthaginenſium Hannibal poſt magnitu
dinem nominis Ro.Italiæ opes maxime attriuerat.Maſiniſſa rex Numidarum in amicitiam receptus a.
p.S:cui poſtea aphricano cognomen ex uirtute fuit:multa & preclara rei militaris facinora fecerat:obque
uictus carthaginenſibus & capto ſiphace:cuius in aphrica magnum atque late imperium ualuit.P.R.quaſ
cunque urbis & agros manu ceperat:regi dono dedit.Igitur amicitia Maſiniſſæ bona atque honeſta nobis
permanſit ſed imperii uitæque eius finis idem fuit:deinde Micipſa filius regnum ſolus obtinuit.Manaſta
bale & Guluſſa fratribus morbo abſumptis:is Adherbalem & Hieſalem ex ſe genuit:iugurthamq; filium
Manaſtabalis:quem Maſiniſſa ꝙ ortus ex concubina erat priuatum reliquerat eodem cultu quo liberos ſu
os domi habuit.Qui ubi primum adoleuit pollens uiribus decora facie ſed multo maxime ingenio uali
dus:non ſe luxui neq; inertiæ corrumpẽdum dedit:ſed uti mos illius eſt gentis equitare iaculari:cui ſu cum
equalibus certare:& cum gloria ante omnis iret:omnibus tamen carus erat:ad hoc pleraq; tẽpora in uẽdão
agere leonẽ atq; alias feras prim⁹ ferire:plurimũ facere.& minimum de ſeipſe loqui quib⁹ reb⁹ Micipſa tam
& ſi initio lætus fuerat exiſtimans uirtutem iugurthæ regno ſuo gloriæ ad fore:tamen poſtq̃ hominem
adoleſcẽtẽ exacta ætate ſua & paruis liberis magis:magiſq; creſcere intelligit:uehementer eo negocio pmo
tus multa in animo ſuo uolebat. Terrebat eum natura mortalium auida imperii & preceps ad explendam
animi cupidinem.Preterea opportunitas ſuæque & liberorum ætatis:quæ etiam mediocres uiros
ſpe quæ tranſuerſos agit.Ad ſtudia Numidarum in iugur accenſa.ex quibus ſi talem uirum dolis inter
feciſſet:neque ſeditio aut bellum orire anxius erat.His difficultatibus circunuentus:ubi uidet neq; par
ui:neq; inſidiis primi opoſſe hominem tam accœptum popularibus quod erat iugurthe mãu promptus &
apetens glorie militaris ſtatuit eum obiectare periculis & eo modo fortunam temptare. Igitur bello Nu
mantio Micipſa cum popu.roma.equitum atque perditum auxilia mitteret:ſperãs uel oſtentando uir-
tutem:uel hoſtium ſeuitia facile eum occaſurum præfecit Numidis:quos in hi peranimam mittebat:
ſed ea res longe aliter ac ratus erat euenit. Nam iugurtha ut erat impigro atque acri ingenio ubi natu-
ram.P.Sci.qui tum.R.Imperator præerat:& mores hoſtium cognouit.multo labore multaq; cura.Præ-

terea modeſtiſſimi parẽdo ſæpe obuiã eundo periculis: tantam claritudinem breui peruenerat: ut noſtris
uehementer carus. Numantinis maximo terrori eſſet. Ad ſane quod difficilimũ in primis ẽ prelio ſtrenuus
erat & bonus conſilio. Quorũ alterum ex prouidentia timorem. alteꝝ ex audacia temeritatẽ afferrẽ pleruq̃
ſolet. igitẽ imperator oẽs fere res aſperas per. iugurtã agere in amicis habere magis magiſq̃ eũ in dies ample
cti. Quippe cuiꝰ neq̃ conſiliũ neq̃ incœptũ ullũ fruſtra erat: huc accedebat munificẽtia animi: ingenii ſol
lertia. Quibꝰ rebꝰ iugurtha multos ex ro. ſibi familiari amicitia cõiuxerat Ea tẽpeſtate ĩ exercitu noſtro fue
re q̃ plures noui: atq̃ nobiles: qbꝰ diuitiæ bono honeſtoq̃ potiores erãt: Factioſi domi potẽtes apud ſocios
clari magiſq̃ honeſti qui iugurthe non mediocrẽ animũ pollicitando accẽdebã: ſi Micipſa rex occidiſſet: forẽ
uti ſolꝰ iperio numidie potirẽt in ipſo maximã uirtutẽ Rome oĩa uenalia eẽ. ſed poſtq̃ numantia deleta. p.
S. dimittere auxilia & ipſe reuerti domum decreuit: donatum atq̃ laudatum magnifice ꝓ concione Iugur
thã in pretoriũ adduxit: ibiq̃ ſecreto monuit ut potius publice q̃ priuatim amicitiã. p. r. coleret: neu aliqbus
largiri inſueſceret. periculoſe a paucis emi: quod multorũ eſſet Si permanere uellet in ſuis artibus ultro & il
li gloriã & regnum uenturꝗ: ſin ꝓperantius pergeret ſuam pecuniam & ipſum ꝑcepitẽ caſurꝗ: ſic locutꝰ cũ lit
teris eũ pars Micipſe redderet dimiſit: eaꝝ ſnĩa hæc erat: iugurthæ tui ĩ bello Numãtio longe maxĩa uirtus
fuit. Quã rẽ tibi certe gaudio eſſe ſcio: nobis ob merita ſua carꝰ ẽ: ut idẽ. S. & p. R. ſit ſũma opẽ nitemur: Ti
bi qdẽ ꝓ nr̃a amicitia gratulor. en hẽs uiꝝ dignũ te: atq̃ aud ſuo miſiniſſa. igitẽ rex ubi ea q̃ fama accœperat
ex litteris iperatores eẽ ita cognouit. tũ uirtute: tũ gr̃a uiri per motꝰ flexit animũ ſuũ: & iugurtham bñficiis
uinceret aggreſſus ẽ ſtatiq̃ eũ adoptauit: & teſtamẽto pariter cũ filiis hæredem iſtituit ſed ipſe paucos poſt
annos morbo atq̃ ætate confectꝰ cum ſibi finẽ uitæ adeſſe intelligeret coram amicis & cognatis: itemq̃ Ad
herbale & Hiempſale filiis dicitur huiuſcemodi uerba cum iugurtha habuiſſe.

PArtum ego iugurtha te amiſſo patre ſine ſpes ſiue opibus: in meum regnum ſuſcepi exiſtimans
non minus me tibi q̃ liberis ſi gẽuiſſem ob beneficia eaꝝ fore: neq̃ ea res falſum me habuit nam
ut alia magna & egregia tua facta obmittam: nouiſſime tu rediens. Numantia: meq̃ regnumq̃
meum gloria decoraſti. tuaq̃ uirtute nobis Romanos ex amicis amiciſſimos feciſti: Hiſpania nomen fa
miliæ noſtre renouatum eſt. Poſtremo quod difficilimum inter mortales eſt gloria inuidiam uiciſti. nunc
quoniam mihi natura finem uitæ facit: per hanc dextram: per regni fidem moneo. obteſtorq̃ te uti hos
qui genere tibi propinqui beneficio meo fratres ſunt: caros habeas: neu malis alienos adiungere: quam
ſanguine coniunctos retinere. Non exercitꝰ neq̃ theſauri præſidia regni ſunt. Verum amici quos neq̃
armis cogere: neq̃ auro parare quas: officio & fide pariuntur. Quis autem amicior qua frater fratri. Aut
quem alienum fidum inuenies: ſi tuis hoſtis fueris: equidem ego uobis regnum trado firmum ſi boni eri
tis: ſi mali imbecillum. Nam concordia paruæ res creſcunt diſcordia maxime dilabuntur. Ceterum iu
gurtha ante hos te quia ætate & ſapientia priores ne aliter quid eueniat prouidere decet: nam in omni
certamine: qui opulentior eſt. etiam ſi accipit iniuriam: tamen quia plus poteſt facere uidetur: uos autem
Adherbal & Hienſal colite: obſeruate hunc talem uirum: imitamini uirtutem & enitimini: ne ego meliores
liberos ſumpſiſſe uidear q̃ genuiſſe. Ad ea iugurtha tametſi: regem ficta locutum intelligebat: & ipſe longe
aliter in aĩo agitabat: tamen pro tẽpore benigne reſpondit Micipſa paucis poſt diebus moritur. Poſtquã il
li regio more iuſta magnifice fecerant. Reguli in unum conuenerunt: ut inter ſe de cũctis negociis diſcepta
rent. Sed. Hienſal qui minimus ex illis erat: natura ferox etiam antea ignobilitatem iugurthæ quia ma
terno genere impar erat deſpiciens dextra Adherbalem aſſedit: ne medius ex tribus quod apud numidias
honori ducitur iugurtha foret. Deinde tum ut ætati cõcederet fatigatus: a fratre uix in partem alteram tra
ductus eſt: ibi cum multa de adminiſtrando imperio differerent: iugurtha inter alias res ait: oportere
qninquennii conſulta & decreta omnia reſcindi. Nam per ea tempora confectum annis Micipſam pa
rum animo ualuiſſe. Tum idem Hienſal placere ſibi reſpondit: nam ipſum illum his tribus proximis an
nis adoptione in regnũ perueniſſet quod uerbũ in pectus iugurthæ altius quã quiſq̃ ratꝰ deſcendit. Itaq̃ ex
eo tẽpore ira & metu anxius moliri parare. atq̃ ea modo in animo hẽre: quibus Hiẽſal per dolũ caperetur.
Que ubi tardius procedunt neq̃ leuitur animus ferox. Statuit e nouis modo incœptũ perficere primo cõuẽ
tum quẽ ab regulis factum ſopra memoraui propter deſſenſionẽ placuerat diuidi theſauros fineſq̃ imperii
ſingulis conſtitui: itaq̃ tempus ad utrãq̃ rem decernitur ſed maturius ad pecuniã diſtribuendam reguli in
terea in loca propinqua theſauris alius alio conceſſere: ſed Hienſal in oppidum Thirmida forte eius demo
uebatur quidam proximus lictore iugurthe: qui carus acceptuſq̃ ei ſuper fuerat. quem ille caſu miniſtrum
oblatum promiſſis onerat impellitq̃ uti tanquã ſuam uiſens domum erat portarum claues adulterinas pa
ret nã uere claues ad Hiẽſalẽ referebanẽ: Cæterũ ubi res poſtularet ſeipſum cũ magna manu uenturum. Nu
midia mãdata breui cõfecit. Atq̃ uti doctus erat noctu iugurthe milites introducit qui poſtquã in ædes ir
rupere: diuerſi regem querebãt: dormientes alios: alios occurſantes ioterficere. Scrutari loca abdita: clauſa
effingere: ſtrepitu & tumultu omnia miſcere: Gum interim Hienſal repetitur occultans ſe in tugurio mu
lieris ancillæ: quo in initio pauidus & loci ignarus perfugerat Numediæ caput eius uti iaſſi erant ad Iu
gurtham referunt. Ceterum fama tanti facinoris per omnem Aphricam breui diuulgatur. Adherbalem
omneſq̃ qui ſub imperio Micipſæ fuerant metus inuadit: in duas partes. Numidæ diſcendunt: plures Ad
herbalem ſequuntur: ſed illum alterum bello meliores. Igitur Iugurtha quam maximas poteſt copias
parat: urbis partim ui: alias uoluntate imperio ſuo adiungere: omni. Numidiæ imparare. Ad
herbalem tametſi legatos Romam miſerat: qui ſenatum docerent de cæde fratris & fortunis ſuis:

tamen fretus multitudine militum parat armis contendere. Sed ubi rex ad certamen uenit: uictus ex ꝓlio ꝓ-
fugit in prouinciam ac dehinc Romam contendit: tum Iugurthu peractis conſiliis poſtq̄ omni Mumidia
potebatur. in ocio facinus ſuum in animo reputans timere po. ro. neq; aduerſus iram eius uſquam: niſi in a-
uaritia nobilitatis & pecunia ſpem ſuam habere. Itaq; paucis diebus poſt cum auro & argento multo romā
legatos mittit. Quibus præcipit primum uti ueteres amicos muneribus repleant: deinde nouos exquirant
Poſtremo q̄cūq; poſſit largiendo pare ne cunctentur: ſed ubi legati. R. uenere: & ex ꝓcepto regis hoſpitibus
aliiſq; quorum ea tempeſtate in ſenatu auctoritas pollebat magna munera miſere. Tanta commutatio in-
ceſſit: ut ex maxima inuidia & maliuolentia in gratiam & fauorem nobilitatis iugurtha ueniret. Quorum
pars ſpe: alii præmio inducti ſingulos ex ſenatu ambiendo nitebantur ne grauius in eum conſuleretur. Igi-
tur ubi legati ſatis confidunt die conſtituto ſenatus utriuſq; datur: tum Adherbalem hoc modo locutū acce
pimus.

MArtes. C. micipſa pater meus moriens mihi ꝓcepit uti regni Numidiæ tantūmodo procurationē
meam. Cæterum ius & impiū penes uos eē. pop. ro. ſimul eniterer domi militiæq; q̄ maximo
uſui eſſe. Vos mihi cognatorum & affinium loco ducerem. Si ea feciſſem in uoſtra amicitia
exercitū: diuitias. munimenta regni: me habiturum. Quæ cum præcepta patris agitarem. Iugurtha homo
oīum quos terra ſuſtinet ſceleratiſſimus contempto uoſtro imperio. Maſiniſſe me nepotem etiam ſtirpe ſo-
cium atq; nmicū po. ro. regno fortuniſq; omnibus expulit Atq; ego. P. C. quoniam eo miſeriarum uenturus
eram: uellem potius ob mea q̄ ob maiorum beneficia meorum poſſe me auxilium a uobis petere: ac maxīe
deberi mihi beneficia a po. ro. quibus utinam non egerem: ſed ſi ea deſideranda erant uti debitis utere. Sed
quoniam parum tuta per ſe ipſa probitas eſt neq; mihi in manu fuit qualis foret iugurtha. Ad uos confugi.
P. C. quibus quod mihi miſerrimum eſt: cogor prius oneri q̄ uſui eſſe. Cæteri reges aut bello uicti in amici
tiam recepti ſunt: aut in ſuis dubiis rebus ſocietatem uoſtram appetiuerunt. Familia noſtra cum po. ro. bel-
lo carthaginenſi amicitiam inſtituit quo tempore magis fides eius q̄ fortuna petenda erat. Quorum pro
geniē uos. P. C. nolite pati me nepotem Maſiniſſe fruſtra auxilium petere: ſed ſi ad impetrandum nihil cau
ſæ haberem ꝓter miſerandam fortunam quod paulo ante ego rex genere fama: atq; copiis potens: nunc de
formatus erumnis inops alias opes expeto tamen erat maieſtatis po. ro. prohibere iniuriam: neq; pati cuiuſ
q̄ regnum per ſcelus creſcere: uerum ego his finibus eiectis ſum quos maioribus meis po. ro. dedit: unde pa
ter & auus meus una uobiſcum expulere ſyphacē & carthaginenſes. Voſtra beneficia mihi erepta ſunt. P. C.
in mea iniuria deſpecti eſtis heu miſerum me huccīe Micipſa pater beneficia tua euaſere: ut quem tu parē
cum liberis tuis regniq; participem feciſti: is potiſſimum ſtirpis tuæ extictor ſit: non quam ne ergo familia
noſtra quieta erit. Semper ne in ſanguine. ferro fuga: uerſabimur. Dum carthaginenſes īcolumes fuere: iu-
re omnia ſæua patiebamur: hoſtis a latere: uos amici procul. Spes omnis ī armis. Poſtq̄ illa peſtis ex aphri
ca eiecta eſt: læti pacem agitabamus. quippe quibus nullus hoſtis erat. niſi ille forte quem uos iuſſiſſetis. Ec
ce autem ex improuiſo iugurtha intoleranda audacia: ſcelere: atq; ſuperbia ſeſe efferens fratre meo atq; eodē
propinquo ſuo interfecto primum regnum eius ſceleris ſui ꝑdā fecit. Poſt ubi in eiſdem dolis me nequiuit
capere nihil minus q̄ ui aut bellum expectantem in imperio uoſtro. ſicut: uideris extorrem patria domo: in
opem & coopertum miſeriis effecit: ut ubi uis tutiuſq̄ in meo regno eſſem: ego ſic exiſtimabam. P. C. uti ꝑ-
dicantem audiueram patrem meum qui diligenter colerent uoſtram amicitiam: eos multum laborem ſuſci-
pere. cæterum ex omnibus maxime tutos eſſe. Quod in familia noſtra fuit. præſtitit uti in omnibus bellis
adeſſet uobis: nos uti per ocium tuti ſimus in manu uoſtra eſt. P. C: pater nos duos fratres reliquit. tertium
iugurtham beneficiis ſuis ratus eſt coniunctum fore alter eorum necatus eſt alter ipſe ego manus impias uix
effugi. Quid agam: aut quo potiſſimum infelix accedam: generis omnia ꝓſidia extincta ſunt Pater uti ne-
ceſſe erat naturæ conceſſit: fratri quē minime decuit propinquus per ſcelus uitam eripuit: affines amicos cæ
teros meos propinquos: alium alia cladæ opꝑſſit capti a iugurtha pars in crucē acti pars beſtiis obiecti ſūt:
pauci quibus relicta ē anima clauſi in tenebris cum mœrore & luctu morte grauiore uitam exigunt. Etiam
ſi quæ aut amiſi: aut quæ ex neceſſariis aduerſa facta ſunt incolumia manerent: tantū ſi qs ex improuiſo ma
li accidiſſet uos implorarem. P. C. qbus pro magnitudine imperii eius iniurias omnis curæ eſſe decet: Nūc
uero exul patria domo ſolus atq; omnium honeſtarum rerum egens quo accedam: aut quos appellem. Na-
tiones ne an reges. Qui omnes familiæ noſtræ ob noſtram amicitiam infeſti ſunt an quo q̄ mihi audire li-
cet ubi non meorum maiorum monumēta hoſtilia plurima ſint. an quiſquam noſtri miſereri poteſt qui ali-
quando uobis hoſtis fuit. Poſtremo Micipſa ita nos inſtituit. P. C. ne quem coleremus niſi po. ro. ne ſocie-
tatem neq; fœdera noua acciperemus: abunde magna præſidia nobis in uoſtra amicitia fore Sed ſi huic im-
perio fortuna mutaretur una occidēdum nobis: uirtute ac diis uolentibus magni & opulēti eſtis omnia ſcđa
& obedientia ſunt Quo facilius ſociorum iniurias curare licet tantum illud uereor: ne quoſ priuata amicitia
iugurthe parum cognita tranſuerſos agant: quos ego audio ſumma openiti ambire fatigare: uos ſingulos ne
qd de abſente īcognita cā ſtatuatis: figere: me uerba & fugam ſimulare cui licuerit ī regno manere Quod
utinam illum cuius impio facīore in has miſerias proiectus ſum eadem hæc ſimulantē uideam: & aliquan-
do aut apud uos aut deos īmortales rerum humanarum cura oriatur ut ille q nunc ſceleribus ſuis atq; ꝑcla-
rus eſt omnibus malis ipſe excruciatus impietatis in parentem noſtrum fratris mei necis mearūq; miſeria-
rum graues pænas reddat. iam frater animo in meo cariſſime quanquam tibi immaturo: & unde minime
decuit uita erepta eſt. tamen lætandum magis q̄ dolē dum caſum tuum puto. Non. n. regnum ſed fugam exi
lium

lium egeſtatem & omnes has miſerias:quæ me præmunt cum anima ſimul amiſiſti:at ego infelix in tanta
mala præcipitatus ex patrio regno rerum humanarum ſpectaculum præbeo incertus ſum quid agam. Tu-
as ne iniurias perſequar :ipſe auxilium egens :an regno conſulam :cuius uitæ neciſque poteſtas ex opibus a
lienis pendet :utinam poſſem mori fortũis meis honeſtus exitus eſſet :ne uiuere contemptus uideret .ſi de-
feſſus malis iniuriæ conceſſiſſem.Nunc neqꝫ uiuere libet mihi neque mori licet ſine dedecore.p. C.obteſtor
uos per liberos atque parentes ueſtros per maieſtatem po.ro.ſubuenite mihi miſero .Item obuiam iniuriæ
nolite pati regnum numidiæ :quod ueſtrum eſt per ſcelus & ſanguinem familiæ noſtre tabeſcere.Poſtq̃ res
loquendi finem fecit legati Iugurthæ largitione freti magisq̃ cã:paucis reſpondet Hieruſalem ob ſcæuiciã
ſuam a numidis interfectum Adherbalem ultro bellum inferentem .poſtquã ſuperatus ſit:queri quod iniu-
riam facere nequiſſet :iugurtham ab ſenatu petere ne ſe alium putarent ac numantiæ cognitus eẽt ne uerba
inimici ante facta ſua ponerent deinde utrique a curia digrediuntur .Senatus ſtatim conſulitur .Fautores le-
gatorum præterea ſenatus deprauata gratia magna pars adherbalis dicta contẽnere:iugurthæ uirtutem ex
tollere:laudibus gratia uoce.Deniqꝫ omnibus modis pro alieno ſcelere & flagitio ſua quaſi pro gloria nite-
bantur.At contra pauci quibus bonum & eguum carius diuitiis erat.ſubueniẽdi adherbali:& Hieſalis mor
tem ſeuere uindicandam cenſebant:ſed ex omnibus maxime. Aemilius ſcalus impiger factioſus:auidus po
tentiæ.honoris diuiciarum .Cæterum uitia calidæ ſua occultans.Is poſtq̃ uidet regis largitionem famoſam
impudentẽqꝫ ueritus quod in tali re ſolet ne polluta licentia inuidiam accenderet:animum a conſueta libidi
ne continuit.Vicit tamen in ſenatus pars illa uero precium aut gratiam anteferebat decretum fit uti decem
legati regnum quod micipſa obtinuerat inter iugurtham & adherbalem diuiderent :cuius legationis prince
ps fuit.L.O.homo clarus :& tamen in ſenatu potens .qui conſul.C.G.&.M.Fuluio Flacco interfectis acce-
rie uictoria nobilitatis in plæbem exercuerat:eum iugurtha tam & ſi ro. in amicis habuerat tament accura
tiſſime accepit.Dando & pollicendo multa perfecit uti famæ:fidei poſtremo oĩbus ſuis rebus commodum
regis ante ferret.Reliquos legatos eadem uia aggreſſus eſt:pleroſqꝫ capit :paucis carior fides q̃ pecunia fuit.
In diuiſione regni quæ pars numidiæ mauritaniam attingit agris uiriſqꝫ opulentior iugurghe traditur:illã
alteram ſpecie portio ẽ q̃ uſu :quæ portuſior:& ædificiis magis exornata erat.Adherbal poſſedit:Res poſtu
lare ſitum pharicæ uidet paucis exponere:& eas gentis quibus cum nobis bellum aut amicitia fuit attingere
Sed quæ loca & nationes ob calorem & aſperitatem item ſolitudines minus frequentata ſunt.De hiſ aut fa-
cile compertum narraueri .Cætera quã pauciſſimis ab ſoluã.

IN diuiſione orbis terræ pleriqꝫ in parte tertia aphricam poſuere.Pauci tantummodo aſiã & europã
eſſe Ea fines habet ab occidente fretum noſtri maris & oceani:ab ortu ſolis decliuem latitudinem.
Quem locum Cathabatmon incollæ appellant mare ſæuum importuoſum:Ager frugum fertilis:
bonus pecori:arbori infœcundus.cælo terra :penuaria aquarum :genus homĩum:ſalubri corpore uelox pa
tiens laborum pleroſqꝫ ſenectus diſſoluit:niſi qui ferro.aut beſtiis interiere.Nam aut morbus ſæpe quemq̃
ſuperat:ad hoc malefici generis plura animalia .ſed qui mortales in initio Aphricam habuerint :quique po
ſtea acceſſerint:aut quomodo inter ſe permixti ſunt :quanquam ab ea fama quæ pleroſqꝫ optinet diuerſum
eſt tamen uti ex libris punicis qui regis utiqꝫ rem ſeſe habere cultores eius terre putant Hienſalis dicebantur
interpretatum nobis eſt:quam pauciſſimis dicam .Cæterum fides eius rei penes autores erit. Aphricam
habuere in initio getuli:& lybes aſperi incultiqꝫ quibus cibuſ erat caro ferina atqꝫ humi:pabulum uti pecori-
bus.Hi neqꝫ moribus:neqꝫ lege aut imperio:cuiuſquam regebantur:uagi:palãtes quo nox coegerat ſedes ha
beant:ſed poſtq̃ in Hiſpania Hercules ſicuti aphri putant interiit:exercitus eius compoſitus ex uariis genti-
bus amiſſo duce:ac paſſim multis ſibi imperium petentibus breui dilabuntur:ex eo numero Mœdi .perſæ:
& armeni nauibus in aphricam tranſacti proximos noſtro mari locos occupauere.Sed perſe intra magis oc
ceanum .Hique alueos nauium inuerſos pro tuguris habuere. Quia neqꝫ materia in agriſ:neqꝫ ab hiſpanis
emendi aut mutandi copia erat:mare magnum ignara lingua commertia prohibeant .Hi paulatim per cõ-
nubia Getulos ſecum miſcuere:& quia ſæpe temptantes agros:alia deinde loca petiuerant:ſemetipſi numi-
das appellauere:cæterum adhuc ædificia numidarum quæ agreſtium mapalia illi uocant ob longa curuis
lateribus tecta quaſi nauium carinæ ſunt.Mœdi autem & armeni acceſſere lybeſ. Nam hi mare propius a-
phricum agitabant.Getuli ſub ſole magis haud procul ab ardoribus: hiqꝫ maturæ oppida habuere nam fre
to diuiſi ab hiſpania mutare res inter ſe conſtituerant.Nomen eorum paulatim lybes corrupere barbara lin
gua mauros pro mœdis appellantes .Sed res perſarum breui adoleuit:ac poſtea nomine numidiæ propter
multitudinem a parẽtibus digreſſi:poſſidere ea loca quæ proxime carthaginẽ numidia appellatur. Deinde
utriqꝫ alteris freti finitimos armis:aut mœtu ſub ĩperiũ ſuũ coegere nomen gloriamqꝫ ſibi addidere:magi hi
qui ad noſtrum mare proceſſerant:quia lybes quam getuli minus erant bellicoſi.Deniqꝫ aphricæ pars infe-
rior pleraqꝫ a numidis poſſeſſa ẽ:uicti omnes in gentem nomenqꝫ imperantium conceſſere:poſtea phœni-
ces alii multitudinis domi minnẽdæ gratia:pars cupidine imperii ſollicitata plæbe:& alii nouarum rerum
auidi hipponem adrumẽtum:leptim:aliasqꝫ urbes in ora maritima condidere:hæqꝫ breui multum auctæ
pars originibus ſuis præſidio alii decori fuere:nam de carthagine ſilere melius puto quam parũ dicere quo-
niam alio properare tempus monet.igitur a Cathabatmo:qui locus ægyptum ab aphrica diuidit ſecondo
mari prima habitatio Cirene ẽ colonia Thereorum ac deinde duæ ſunt ſyrtes inter quas leptis:deinde phi-
lenorum aræ:quẽ locum ægyptum uerſus finẽ impii habuere carthaginẽſes:poſt aliæ punicæ urbes:cetera
loca uſqꝫ ad mauritaniam numidæ tenẽt: proxime hiſpaniam mauri ſunt:ſuper numidiam Getulos acci-

pimus partim in tuguriis:alios incultus uagos agitare:Poſt eos æthiopas eſſe:deinde loca exuſta ſolis ardo
ribus. Igitur bello iugurhtino pleraq; ex punicis oppida & fines carthaginenſium quos nouiſſime abuerãt
P.R.p magiſtratus adminiſtrabat getulorum magna pars & numidiæ uſq; ad flumẽ muluchã ſub iugurtha
erant. Mauris omnibus imperitabat rex boghus præter nomen p cætera ignarius.p.r. Itẽq; nobis neq; pa-
ce neq; bello ante cognitus erat. De aphrica & de eiuſdem incollis ad neceſſitatẽ rei ſatis dictum ẽ. Poſtq̃ aũt
diuiſo regno legati ab Aphrica diſceſſere:& iugurtha cõtra animi timorem præmia ſceleris adeptum ſeſe ui
det certum eẽ ratus quod ex amicis ad Numantiam acceperat omnia Ro. uenalia eẽ. ſimul & illorũ pollicita
tionibus accenſus :quos paulo ante muneribus expleuerat in regnum adherbalis animũ intendit : ipſe acer
bellicoſus. At is quem petebat :quietus imbelli placido ingenio oportunus iniuriæ metuẽ magis quam me-
tuendus .igitur ex improuiſo eius fines cum magna manu inuadit multos immortalis cũ pecore atq; alia p-
da capit:ædificia incendit:pleraq; loca hoſtiliter cũ equitatu. Deinde cum omni multitudine in regnũ ſuum
cõuertit ſe exiſtimans adherbalem dolore p motum iniurias ſuas manu uindicaturum:eamq; rem belli cau-
ſam fore. At ille quid neque ſe parem armis extimabat:& amicicia. P.R. magis q̃ numidis fretus erat nega-
tus ad iugurtham de iniuriis quæſtum miſit:qui tametſi contumelioſa dicta retulerunt prius tamen omnia
decreuit q̃ bellum ſumere :quia tentatum ante ſecus ceſſerat. Neque eo magis cupido iugurthæ minuebat.
Quippe qui totum regnum eius animo iam inuiſerat:itaquæ non uti ante cum prædatoria manu ſed ma-
gno exercitu comparato bellum gerere cœpit:& aperte totius imperium numidæ petere:Cæterũ qua pge
bat urbes:agros uaſtare predas agere:ſuis animum:hoſtibus terrorẽ augere. Adherbal ubi intellexit eo pro-
ceſſum uti regnum aut relinquendum eſſe aut armis retinendum neceſſario copias parat & iugurthæ obuiꝰ
procedit:interim aut longe a mari cirthãm oppidum:utriuſq; exercitus conſedit:& quia diei extremum erat.
prælium non eſt inceptum. ſed ubi plurimum noctis proceſſit:obſcuro etiam tunc lumine milites iugurthi
ni ſigno dato caſtra hoſtium inuadunt ſemiſonnos partim:alios ſumentes arma fugant fundũtq;. Adherbal
cum paucis equitibus cirtham profugit .& ni multitudo togarorum fuiſſet:quæ numidas inſequentes mæ-
nibus prohibuit uno die inter duos reges cœtum atque patratum bellum foret. Iugurtha oppidum circum
ſedit :uineis turribuſque & machinis omnium generum expugnare aggreditur:maxime feſtinans tempus le
gatorũ antecepere:quos ante præliũ factum ab adherbale miſſos audiuerat. Sed poſtquam ſenatus de bel-
lo eorum accepit tres adoleſcẽtes in Aphricam legantur:qui ambos reges adeant .S.P.Q.R. urbis nunci
ent cenſere & uelle eos ab armis diſcedere. ita ſeque illiſq; dignum eſſe legati in aphricam maturantes ueni-
unt eo magis quod ro. cum proficiſci parant:de prælio facto & opugnatione cirthæ audiebatur:ſed his ru-
mor clemẽs erat .quorum iugurtha accepta oratione reſpondit ſibi :neq; maius quicq̃ neq; carius auctorita-
te ſenatus eẽ ab adoleſcẽtia ita ſi eniſum. ut ab optimo quoq; pbaretur uirtute non milita. P.S. ſummo uiro
placuiſſe ob eaſdẽ artis a amicipſa non penuria liberorum in regnũ adoptatum eẽ. Cæterum quod pleraq;
bene atq; ſtrenue feciſſet eo animum ſuum iniuriam minus tolerare :adherbalem dolis uitæ ſuæ inſidiatum
quod ubi comperiſſet ſceleri obuiam iſſe. Po.Ro. neq; recte pro bono facturum:ſi ab iure gentium ſeſe phi-
buerit:poſtremo de omnibus rebus legatos Ro. breui miſſurum:ita utriq; digrediuntur. Adherbali non fu
it appellandi copia. Iugurtha ubi eos aphrica diſceſſiſſe ratus ẽ neq; propter loci naturam armis expugnare
cirtham põt. Vallo atque foſſa mœnia circundat:turres extruit:eaſq; præſidii firmat præterea dies noctesq;
aut p uim aut dolis tentare: defenſoribus moeniũ præmia modo:modo formidine oſtentare ſuos hortan-
do ad uirtutem erigere:prorſus intẽtus cũcta parare. Ac ubi adherbal intelligit oẽs fortunas ſuas in extremo
ſitas hoſtẽ infeſtũ:auxilii ſpem penuria neceſſariarũ rerum bellũ trahi non poſſe ex his qui una cirtham pro
fugerant duos maxime impigros delegit:eos multa pollicẽdo ac miſerando caſum ſuũ confirmat:uti per ho
ſtium mutationes noctu ad proximum mere deinde Romam pgerebat. Numidæ paucis diebus iuſſa effici
unt. Litteræ Adherbalis in ſenatu recitatæ:quarum ſentẽtia hæc fuit.

NOn mea culpa ſæpe ad uos oratum mitto. P.C. ſed uis iugurhtæ ſubegit:quem tanta libido extiguẽ
di me inuaſit:ut neque uos neque deos ĩmortalis in animo habeat ſanguinẽ meũ q̃ omnia malit:ita
que iã quintũ mẽſem ſocius & amicus. P.R. armis obſceſſus teneor:neque Micipſæ patris mei bene
ficia:neque ueſtra decreta auxiliantur:ferro:an fame acrius urgear incertus ſum:plura de iugurtha ſcribere de
hortatur fortuna mea etiam ante exptus ſum parum fidei miſeris eẽ:niſi tantum intelligo illum ſupra quam
ego ſum petere:neque ſimul amicitiam ueſtram & regnum meum ſperare:utrum grauius exiſtimet nemini
occultum ẽ:nam in initio occidit Hieruſalem fratrẽ meũ. Deinde patrio regno me expulit:quæ ſane fuerint
noſtræ iniuriæ:nihil ad uos. Verum nunc regnum ueſtrum armis tenet. Me quẽ uos imperatorẽ numidis
poſuiſtis clauſum obſidet. legatorum uerba q̃nti fecerit:picula mea declarant:quid reliquum niſi uis ueſtra:
q̃ mouerim poſſit:nam ego quidem uellem hæc quæ ſcribo & illa quæ ãtea in ſenatu quæſtus ſum uana fo-
rẽt:potiuſquam miſeria mea fidẽ uobis faceret ſed quoniam in eo natus ſum ut iugurthæ ſcelerum oſtẽtui eſ
ſe non iam mortẽ:neque erũnas :tantummodo imperium inimici.& cruciatus corporis deprecor:regno.p.
C. numidiæ quod ueſtrum ẽ uti liber conſulite me manibus ab impiis eripite p maieſtatem imperii p ami-
citiæ fidem ſi ulla apud uos memoria manet aui mei Maſiniſſæ. His litteris recitatis :fuere qui exercitum ĩ
Aphricam mittẽdum cernerẽt :quam primum Adherbali ſubueniẽdum:interim de iugurtha conſuleretur:
quoniam legatis non paruiſſet:ſed ab iiſdẽ regis fautoribus ſumma opere enſum ẽ:ne tale decretum fieret.
ita bonum publicum ut pleriſque negociis ſolet:priuata gratia deuictum. legantur tamẽ in aphricam maio-
res natu nobiles amplis honoribus uſi in quibus fuit. M. Aemilius Scaurus:de quo ſupra memorauimus ho

mo conſularis:& tum in ſenatu potens & princeps:hi quod res inuidiæ erat & a numidis obſecrati triduo
nauem aſcēdere:deinde breui uti cā ad pulli.litteras ad iugurtham mittunt:q̄ ociſſime ad ꝓuinciam accedat:
ſe ad eum ab ſenatu miſſos. Ille ubi accepit homines claros quorum auctoritatē Ro.pollere audierat contra
inceptum ſuum ueniſſe primo commotus metu atq; libidine diuerſis agitabatur. Timebat iram ſenatus ni
paruiſſet legatis porro animus cœcus cupidine ad incœptum ſcelus rapiebatur. Vicit tamen in auido ingēio
prauum conſilium igitur exercitu circundato ſumma ui Cirtham irrūpere nititur maxime ſperans deducta
manu hoſtium:aut ui aut dolis ſeſe caſum uictoriæ inuēturum quod ubi ſecus procedit.neq; quod intende-
rat efficere poteſt ut prius q̄ legatos conueniret Adherbalis potiretur ne Amplius morando Scaurum:quē
plurimum metuebat incēderet:cum paucis equitibus in prouinciam uenit. Tametſi ſenatus uerbis minæ
graueſ nunciabantur.quod ab oppugnatione Cirthæ non deſiſteret :multa tamen oratione conſumpta le-
gati fruſtra diſceſſere:ea poſtq̄ Cirthæ audita ſunt:Italici quorum uirtute mœnia;defenſabantur confiſi de-
ditione facta ꝓpter magnitudinem.P.R.inuiolatos ſeſe fore:Adherbati ſuadēt uti ſe & oppidum Iugurthæ
tradat.tantum ab eo uitam paciſcatur:de cæteris ſenatui curæ fore:At ille tametſi omnia potiora fide iugur
thæ rebatur:tamen:quia penates eoſdem:ſi aduerſaretur cogendi poteſtas erat ita uti cenſuerant italici dedi-
tionem facit.

IVgurtha in primis Adherbalē excruciatum necat deinde oēs puberes Numidas atq; negociatores
promiſcue uti quiſq; armatus obuius fuerat interfecit. Quod poſtq̄ Ro.cognitum ē:& res in ſena-
tu agitari cœpit:idem miniſtri regis interpellando ac ſæpe gratia interdum iurgiis trahendo tempꝰ
atrocitatem facti leniebant:Ac ni.C.M.Tri.Pl.Des:uir acer & infeſtus potentiæ nobilitatis po.ro.edociſ-
ſet ad agi:ut per paucos factioſos iugurthæ ſcelus condonaretur:profecto omnis inuidia in prolatandis cō
ſulationibus dilapſa foret:Tanta uis gratiæ atq; pecunia regis erat :ſed ubi ſenatus delicti conſcientia po-
pulum timet: lege Sempronia prouinciæ futuris.Coss.Numida atq; italia decretæ ſunt.Coss.Decl.P.Sci
pio Naſica.L.Calpurnius Beſtia:Calpurnio Numidia:Scipioni Italia obuenit. Deinde exercitus qui in A-
phricam portarē ſcribitur:ſtipēdiū aliaq; quæ bello uſui forent decernuntur.At iugurtha contra ſpē nuncio
accœpto.quippe omnia cui uenū ire Romæ in animo hæſerat filiū & cum eo duos familiares ad ſenatum
legatos mittit.Hiſq; uti illis quos Hienſalem interfecto miſerat præcepit omnis mortales uti pecunia aggre
diantur. Qui poſtq̄ Romam aduentabant:ſenatus a beſtia conſultus eſt:placeret ne legatos Iugurthæ reci
pi mœnibus:Hiq; decreuere ni regnum ipſumq; deditum ueniſſent uti diebus in proximis decem italia de-
cederent:Conſul numidiſ ex.S.D.nunciari iubet.ita in fectis rebus illi domum diſcedunt.interim Calpur-
nius parato exercitu legit ſibi homines nobiles:factioſos quorum auctoritate quæ deliqſſet munita fore ſpe
rabat in quibus fuerat.Scaurus.de cuius natura & habitu ſupra memorauimus.Nam in conſule noſtro mul
tæ bonæq; artes animi & corporis erant quas omnis auaritia præpediebat:patiens laborum:acri ingenio:
ſatis prouidens:belli haud ignarus:fortiſſimus contra pericula:& inſidias:ſed legiones per italiam regiū at-
q; inde Sciciliam:porro ex ſcicilia in Aphricam tranſuectæ ſunt:igitur Calpurnius in initio paratis cōmea-
tibus acriter Numidiam aggreſſus eſt:multos mortalis & urbes aliquot pugnando cepit.Sed ubi iugurtha ꝑ
legatos pecunia tentare:belliq; quod adminiſtrabat aſperitatem oſtēdere cœpit:animus æger auaritia facile
conuerſus eſt cæterum ſocius & miniſter omnium conſiliorum adſumitur Scaurus :qui tametſi a principio
pleriſq; ex factione eius corruptis accerrime regem impugnabat:tamen magnitudine pecuniæ a bono ho-
neſtoq; in paruum abſtractus ē.Sed iugurtha primum belli tantummodo moram redimebat:exiſtimans ſe
ſe aliquid interim Romæ præcio aut gratia effecturum.Poſtea uero q̄ participem negocii Scaurum accepit
in maximam ſpem adductus recuperandæ pacis.ſtatuit cum eis de omnibus pactionibus præſens egere.
Cæterum interea fidei cauſa.mittitur a conſule Sextius quæſtor in oppidum iugurthæ Vatā:cuius rei ſpeci
es erat acceptio frumenti:quod Calpurnius palā legatis imperauerat:quoniam deditionis mora indutiæ a-
gitabantur.Igitur rexuti conſtituerat in caſtra ꝑuenit:ac pacta ꝑſenti conſilio locutus de inuidia facti ſui:at
que uti in deditionem acciperetur:reliqua cum Beſtia & ſcauro ſecreta tranſegit.Deinde poſtero die quaſi ꝑ
ſatyram legem ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur.ſed uti pro conſilio imperatum erat elephāti tri
ginta pecus atq; equi multi non cum paruo argēti pondere quæſtori traduntur Calpurnius Romam ad ma
giſtratus rogandos proficiſcitur:in Numidia.& in exercitu noſtro pax agitabatur:Poſtq̄ autem res ī Aphri
ca geſtas quomodo actæ forent fama diuulgauit.Romæ per omnis locos & conuētus de facto conſulis agi
tari:apud plæbem grauis:inuidia patres ſollicitati erant:an probarent tantum flagitium:an decretum con-
ſulis ſubuerterent parum conſtabat. Ac maxime eos potētia ſcauri:quod is autor & ſocius Beſtiæ ferebatur
a uero bonoque impediebat.At.C.Mēmius de cuius libertate ingenii:& odio potētiæ nobilitatis ſupradixi
mus.inter dubitationem & moras ſenatus in concionibus populum ad uindicandum hortari:monere po-
pulum ro.ne rē.p.ne libertatem ſuam delererent:crudelia & ſuꝑba multa facinora nobilitatis oſtēdere:pror
ſus intentus omnino plæbis animum accendebat:ſed quoniam ea tempeſtate Romæ Mēmii facundia cla-
ra pollenſque fuit :decere exiſtimaui unam ex tam multis orationem eius perſcriberē. Ac potiſſimum eam
dicam:q̄ in concione poſt reditum huiuſcemodi urbis diſſeruit.

MVlta me dehortantur a uobis Quir.niſi ſtudium rei pu.omnia ſuperet:opes factionis :ueſtra patiē
tia:ius nullum.ac maxime quod innocentiæ plus periculi quam honoris eſt:nam illa quidem piget
dicere:his annis quindecim quam ludibrio fueritis ſuperbiæ paucorum quam fœde quamque inul
ti perierunt ueſtri defenſores:ut uobis animus ab ignauia atq; ſecordia corruptus ſit:qui nec nūc quidem ob

noxii inimicis exurgitis:atq; etiam nunc timetis eos quibus terrori decet eſſe:ſed quanq̃ hæc talia ſunt tamẽ
obuiam ire potẽtiæ factionis animus ſubegit·Certe ego libertatem quæ mihi a parente meo tradita eſt ex-
periar. Verum id fruſtra an ·ob rem faciam in ueſtra manu ſitum eſt Q uir.neq; ego uos hortor quod ſæpe
ueſtri maiores fecere:uti contra iniurias armati eatis:nihil ui nec ſeceſſione opus :eſt neceſſe eſt ſuo metipſi
more præcipites. Occiſo. Ti.Cracco:quem regnum parare homines aiebant: in plebẽ R omanam graues
habitæ ſunt quæſtiones:poſt.C.Gracchi &.M.Fuluii cædem:item ueſtri ordinis multi mortales in carcere
necati ſunt. Vtriuſq; cladis non lex:uerum libido eorum finem fecit:ſed ſane fuerit regni reparatio plæbi ſua
iura reſtituere:quicquid ſine ſanguĩe ciuiũ ulciſci ne quid iure factũ ſit:ſuperioribus annis taciti indigna ho
mini ærarium expilari reges & populos liberos paucis nobilibus uictigal pendere:penes eoſdem & ſummã
gloriam & maximas diuitias eſſe:tamen hæc talia facinora impune ſuſcepiſſe parum habuere. Itaq; poſtre-
mo reges maieſtas ueſtra:diuina & humana omnia hoſtibus tradita ſunt:neq; eos qui ea fecere pudet aut pe
nitet·ſed incendunt per ora ueſtra:magnifice ſacerdotia & conſolatus:pars triumphales ſuos oſtentantes:pĩ
de quaſi ea honori nonprædæ habeant ſerui ære comparati iniuſta imperia dominorum non perferunt.
Vos.Q uir.imperio nati æquo animo ſeruiturem toleratis! At qui ſunt hi qui rẽpubli.occupauere homies
ſceleratiſſimi cruentis manibus:imãi auaritia :nocentiſſimi :idemque ſuperbiſſimi:quibus decus: fides.pie
tas:poſtremo honeſta:atque inhoneſta omnia quæſtui ſunt pars illum occidiſſe tribunos pl.aliis quæſtio-
nes iniuſtas:plærîq; eadem in uos feciſſe pro munimento habent.Ita quam quiſq; peſſime fecit tam maxi-
me tutus eſt.metum a ſcelere ad ignauiam ueſtram tranſtulere.quos omnis cupere eaden :eadem odiſſe ea-
dem metuere in unum coegit:ſed hæc inter bonos amicitia·inter malos factio ẽ.Q uod ſi tam uos curam li
bertatis haberetis quam illi ad dominationem accenſi ſunt profecto neq; res pu.ſicuti nunc uaſtareru: & be
neficia ueſtra penes optimos non audaciſſimos forent:maiores ueſtri parendi iuris & maieſtatis conſtitu-
endæ gratia p ſeceſſionem armati:bis Auentinum montem occupauere:uos pro libertate quam ab illis ac
cepiſtis nonne ſumma ope niteminí! atque eo uehementius quod maius dedecus eſt parta amittere:quam
omnino non p ruiſſe:Dicet aliquis:quid igitur cenſes! uindicandum in eos qui hoſti prodidere rem pu.nõ
manu neq; ui:quod magis feciſſe quam accidiſſe indignum ẽ Verum quæſtionibus & idicio ipſius Iugur-
thæ:qui ſi deditus ẽ:pfecto iuſſis ueſtris obediens erit.S n ea contemnit.ſ.exiſtimabitis qualis illa pax aut dẽ
ditio ſit ex qua ad Iugurtham ſcelerum impunitas ad paucos potentes maximæ diuitiæ:at in rempu . dãna
atq; dedecora peruenerunt:niſi forte nondum etiam uos dominationis eorum ſatietas tenet:& illa quã hæc
tempora magis placent:cum regna prouinciæ:leges iura.iudicia bella atque paces:poſtremo diuina & hũa
na omnia penes paucos erant: Vos autem inuicti ab hoſtibus imperatores omnium gentium ſatis habeba-
tis animam retinere. Nam ſeruitutem quidem quis ueſtrum recuſare audebat! At ego tametſi uirum flagitio
ſiſſimum exiſtimo impune iniuriam accepiſſe :tamen uos hominibus ſceleratiſſimis ignoſcere : quoniam
ciues ſunt æquo animo peteret.ni miſericordia in pernitiem caſura eſſet:nã & illis quantum importunitatis
habent tantum parum eſt impune male feciſſe niſi faciundi licentia deinde eripiatur & uobis alterna ſollici-
tudo remanebit:cum intelligeris aut ſeruiendum eſſe aut per manus libertatem retinendam. Nam fidei qui-
dem aut concordiæ quæ ſpes eſt! dominari illi uolunt:uos liberi eſſe facere illi iniuriam:uos prohibere:po-
ſtremo ſociis ueſtris ueluti hoſtibus :hoſtibus pro ſocis utuntur. Poteſt ne in tam diuerſis mentibus pax aut
amicitia eſſe! Q uare moneo hortorq; uos ne tantum ſcelus impunitum omittatis. Non peculatus ærarii fa
ctus eſt:neque per uim ſociis ereptæ pecuniæ:quæ q̃q̃ grauia ſint tamen ex conſuetudine iam pro nihilo ha
bentur:hoſti:accerrimo prodita ſenatus autoritas :proditum imperium ueſtrum ẽ.domi militiæ res publi-
ca uenalis fuit:quæ niſi quæſita erunt & niſi uindicatum innoxios:quid erit reliquum niſi ut illis obedien-
tes iuuamus qui ea fecerunt. Nam impune quod libet facere:id eſt regem eſſe . Neq; ego uos . Q uir.hortor
ut malitis ciues ueſtros perperam q̃ recte feciſſe .Sed ne ignoſcendo malis bonus perditum eatis. Ad hoc in
Re.p.multum præſtat beneficii q̃ maleficii immemorem eſſe:bonus fit tãtummodo ſignior ubi negligas
at malus improbior :ad hoc ſi iniuriæ nõ ſint :haud ſæpe auxilii egeas.

HAec atq; alia huiuſcemodi ſæpe indicendo :Memmius populo perſuadet ut.L.Caſſius:qui tum præ
tor erat ad Iugurtham mitteretur:eumq; interpoſita fide publica R omam duceret.quo facilius iudi-
cio regis Scauri & reliquorum quos pecuniæ captæ arceſebant delicta patifierent Dum hæc romæ
geruntur qui in numidia relicti a Beſtia exercitui præerant:ſicuti morem imperatoris ſui plurima & flagiti-
oſiſſima fecere facinora:fuere qui auro corrupti elephantes iugurthæ traderent : Alii per fugas uenderet ps
ex pacatis prædas agebant . Tanta uis auaritiæ animos eorum ueluti tabes inuaſerat. At caſſius præclara
rogatione a.C.Memmio :ac perculſa omni nobilitate ad iugurtham proficiſcitur:eique timido & ex conſciẽ-
tia diffidẽti rebus ſuis perſuadet:quo ſe populo roma. ſe dediſſet:ne uim quam miſericordiam experiri mal
let priuatim præterea fidem ſuam interponit. Q uam non minoris quam publicam ducebat . Talis ea tẽ-
peſtate fama de caſſio erat. Igitur Iugurtha contra decus regium cultu quam maxime miſerabili cum caſſio
R omam uenit. Ac tametſi in ipſo magna uis animi erat confirmatus ab omnibus:quorum potentiæ aut ſce
lere cuncta ea geſſerat:quæ ſupra diximus. C.tamen Bebium tribunum plæbis magna mercede parat Cuiꝰ
impudentia contra ius & iniurias omnes munitus foret. At.C Memmius aduocata concione quamquam
regi in feſta plæbes erat:& pars in uincula duci iuber :pars ni ſocios ſceleris aperiret:more maiorum de ho-
ſte ſupplicium ſumi:dignitati magis quam iræ cõſulens:ſedare motus & animos eorum mollire:poſtremo
confirmare fidem publicam per ſeſe inuiolatam fore. Poſt ubi ſilentium cœpit :producto iugurtha uerba

fecit

fecit Romæ Numidiæque facinora eius memorat Scelera ĩ patrem fratreſq; oſtendit:& quibus iuuantibꝰ
quibus miniſtris ea egerit quamquam intelligat populus roma.tamen ſe uelle manifeſte magis ex illo habe
re:ſi uerum aperiat in fide & clementia populi roma.magnam ſpem illi ſitam. Sin reticeat non ſoluti ſociis
fore:ſeſe & ſuas opes corruptum. Deinde ubi Memmius dicendi finem fecit:& Iugurtha iuſſus ẽ reſpon-
dere .C. Bebius quem pecunia corruptum ſupra diximus:regem tacere iubet:ac tametſi multitudo quæ in
concione aderat.uehementer accenſa terrebat eum clamore uultuque:ſæpe impetu:atquæ aliis omnibus q̃
ira fieri amat:uicit tamen Bebii impudentia.Ita populus ludibrio habitus ex concione diſceſſit iugurthæ
Beſtiæque & cæteris quos illa queſtio exagitabat animi augeſcunt.Erat ea tempeſtate Romæ Numida qui-
dam nomine maſiua filius Guluſſe nepos Maſiniſſæ:qui iam in diſſenſione regum iugurthæ aduerſus fue-
rat dedita Cirtha & Adherbalem interfecto profugus ex Aphrica abierat:huic Sp.Albinus:qui proximo ã-
no poſt beſtiam cum:Q u.minutio Rufo conſulatum gerebat:perſuadet:quoniam de ſtirpe Maſiniſſæ ſit
iugurtham obſcelera inuidia cum metu urgeat:regnum Numidiæ ab ſenatu petat. Auidus conſul belli ge-
rendi mouere quam ſeneſcere omnia malebat.ipſi prouincia Numidia .Minutio Macedonia obuenit.
Q uæ poſtq̃ Maſſiua agitare cœpit.neque iugurthæ in amicis ſatis præſidii eſt quia eorum alium conſcien-
tia. Alium mala fama & timor impediebat Bomilcari proximo ac maxime fido ſibi imperat ut præcio ſi
cuti multa confecerat inſiatores maſſiuæ paret maxime occulte. Sin id parum procedat:quouis modo
Numidam interficiat.Bomilcar mature regis mandata exequitur:& per homines talis negocii artifices iti-
nera egreſſuſque eius poſtremo loca atque tempora explorat. Deinde ubi res poſtulat inſidias tetendit.
Igitur unus ex eo numero:qui ad cædem parati erant:paulo in conſultius maſuiam aggreditur:obtruncat.
de prehenſus multis hortantibus:& in primis Albino conſule indicium profitetur. Fit reus magis ex æ-
quo & bono:quam ex iure gentium Bomilcar comes eius qui Romam fide publica uenerat. At iugurtha
manifeſtus tanti ſceleris non prius omiſit contra uerum niti:quam animaduertit ſuper gratiam:atque pecu-
niam ſuam inuidiam facti eſſe igitur quamquam in priori actione ex amicis quinquaginta uades dederat:
regno magis quam uadibus conſulens clam in numidiam dimittit Bomilcarem:ueritus ne reliquos popula
res metus inuaderet parendi ſibi:ſi de illo ſupplicium ſumptum foret:& ipſe paucis diebus profectus ẽ:iuſ-
ſus a ſenatu Italia decedere:Sed poſtquam Roma egreſſus ẽ:fertur ſæpe tacitus reſpiciens poſtremo dixiſſe:
urbem uenalem:& mature perituram ſi emptorem inuenerit.

INterim Albinus renouato bello commeatum ſtipendium:aliaque quæ militibus uſui forent:ma
turat in Aphricam portare ac ſtatim ipſe profectus eſt:uti ante comitia:quod tempus haud longe
aberat armis aut deditione aut quouis modo bellum conficeret. At contra iugurtha trahere o-
mnia & alias cauſas more facere:polliceri deditionem:ac deinde metum ſimulare:cedere inſtanti
& poſt paulo ne ſui diffiderent inſtare:ita belli modo:modo pacis mora conſulem ludificare:ac fuere:qui tũ
Albinum haud ignarum conſilii regis exiſtimarent. Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellũ
ſecordia magis quam dolo crederent. Sed poſtquam dilapſo tempore comitiorum dies aduentabat. Al
binus aulo fratre in caſtris pro prætore relicto Romam diceſſit. Ea tempeſtate Romæ ſeditionibus tri-
bunitiis atrociter.Reſ.pu.agitabatur.P.Lucilius.L.Annius tribuni plæbis reſiſtentibus collegis continua-
re magiſtratum nitebantur Q uæ diſſenſio totius anni comitia impediebat. Et mora in ſpem adductus
Aulus:quem pro prætore in caſtris relictum ſupra diximus:aut conficiendi belli:aut terrore exercitus ab re
ge pecuniæ capiundæ:milites menſe Ianuario ex Hybernaculis in expeditionem euocat:Magniſque itine-
ribus hyeme aſpera peruenit ad oppidum Suthul.ubi regis theſauri erant quod quamquam ex ſæuitia tem-
poris & in opportunitate loci neque capi neque obſideri poterat:nam circa murum ſitum in prærupui mõ
tis extremo planities limoſa hyemalis aquis paludem fecerat:tamen aut ſimulandi gratia.quo regi formidi
nem adderet:aut cupidine cecus oppidi potiundi uineas aggere:aggerem iacere:aliaque quæ incepto uſui fo
rent properare. At iugurtha cognita uanitate auli:atque imperitia legati ſubdole eius augere amentiã miſ
ſitare ſupplicantes legatos. Ipſe qua uitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare Deni
que Aulum ſpe pactionis pepulit:uti Suthule relicto in abditas regiones ſeſe uelutim credentem inſequere-
tur. Ita delicta occultiora fuere:interea ꝑ homines calidos die noctuque exercitum tentabat:centuriones
duceſque turmarum partim uti tranſfugerent corrumpere alii ſigno dato uti locum deſcererent.quæ poſt-
quam ex ſentia inſtruxit intempeſta nocte cum multitudine. Numidarum Auli caſtra circunuenit Mili-
tes Romani perculſi inſolito metu arma capere:alii ſeſe obdere:pars territos confirmare. Trepidare.o-
mnibus locis uis magna hoſtium cælum nocte atque nubibus obſcuratum ꝑiculum anceps. Poſtremo
fugere an manere tutius foret:in incerto erat:ſed ex eo numero quos paulo ante corruptos diximus.cohors
una Ligurum cum duabus turmis. Tracum:& paucis gregariis militibus tranſiere ad regem:& primipu
lus tertiæ legionis per munitionem quam uti defenderet acceperat:locum hoſtibus introeundi dedit. Ea
Numidæ cuncti irrupere. Et noſtris fœda fuga plerique abiectis armis proximum collem occupaue-
re:nox atque præda caſtrorum hoſtes quo minus uictoria uterẽtur remorata :Sunt Deinde iugurtha po
ſtero die cum Aulo in colloquio uerba facit:tametſi ipſum cum exercitu fame ferroque clauſum teneat:ta-
men dicit ſe memorem humanarum rerum ſi ſecum fœdus faceret in columes omnes ſub iugum miſſum:
præterea uti decem diebus Numidia decederent. Quæ quamquam grauia & flagitii plene erant tamẽ
quia mortis metu metuebantur:ſicuti regi libuerat pax conuenit. Sed ubi ea Romæ comperta ſunt:me

tus atque moeror ciuitatem inuaſere pars:dolere pro gloria imperii pas inſolitã bellicarum rerum timere libertati Aulo omnes infeſti ac maxime qui bello præclari ſæpe fuerant:quod armatus dedecore potius quã manu ſalutem quæſiuerat.Ob ea conſul Albinus ex delicto fratris dehinc inuidiam ac periculum timens ſenatum de fœdere conſulebat:tamen exercitui interim ſupplementum ſcribere a ſociis & nomine latino auxilia accerſere. Denique omnibus modis feſtinare. Senatus uti ita par fuerat decernit ſuo atque populi ſine iuſſu nullum potuiſſe fœdus fieri.Conſul impeditus a Tri.Pl.ne quas parauerat copia ſecum portaret: pauci:diebus in Aphricam proficiſcitur. Nam omnis exercitus uti conuenerat Numidia deductus prouincia Hyembat.Poſtquam eo uentum eſt:quamquam perſequi iugurtham & mederi fraternæ inuidiæ animus ardebat:cognitus militibus quos præter fugam ſoluto imperio licentia atque laſciuia corruperat. Ex copia rerum ſtatuit ſibi nihil agendum.interim Romæ.C.Manlius Limitanus Tri.Pl.rogationem ad populum promulgat:uti quæretur in eos:quorum conſilio Iugurtha ſenatus decreta neglexiſſe:& qui tradiſſent elephantes & perfugas:quique ab eo in legationi aut imperiis pecunias accepiſſent Item qui de pace aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſent: Huic rogationi partim conſii ſibi:alii ex partium inuidia pericula metuẽtes:quoniam aperte reſiſtere non poterant:quin illa & alia talia placere ſibi faterentur: occulte per amicos:ac maxime per homines nominis latini:& ſociis italicos impedimenta parabant ſed plæbes incredibile memoratu ē quantum intenta fuerit quantaq; ui rogationem iuſſerit & decreuerit & uoluerit: magis odio nobilitatis cui illa mala parantur quam cura rei publi.tanta libido in partibus erat. Igitur cæteris perculſis metu.M.Scaurum quem legatum Beſtiæ ſupra memorauimus:inter læticiam plæbis & ſuorum fugam trepida etiam tum ciuitate:cum ex Manlii rogatione tris quæſitores rogarentur effecerant:uti ipſe in eo numero crearetur. Sed quæſtione exercitata aſpere uiolẽterque ex rumore & libidine plæbis ut ſæpe nobilitatem:ſic ea tẽpeſtate plæbem & ſecund s rebus inſolẽtia cœperat. Cæterum mos partium popularium & ſenatus factionũ:ac deinde omnium malarum artium paucis ante annis romæ ortus eſt:ocio atque abũdantia eaꝝ reꝝ quæ prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam populus & .S.R.placide modeſteque inter ſe.R.P.tractabant. Neque gloriæ certamen:neque dominationis inter ciues erat.metus hoſtilis in bonis artibus ciuitatem retinebat. Sed ubi illa formido a mentibus diſceſſit ſcilicet ea quæ res ſecundæ amant: laſciuia atque ſuperbia inceſſere. Ita quod in aduerſis rebus optauerant:ocium poſtquam adepti ſunt acerbius aſperiuſque fit. Namque nobilitas dignitatem in dominationem. Et Populus libertatem in libidinem uetere:ſibi quiſque ducere: tragere:rapere: ita omnia in duas partis abſtracta ſunt reſpu.quæ media fuerat dilatæ rata eſt. Cæterum nobilitas factione magis pollebat.plæbis uis ſoluta ac diſperſa in multitudine minus poterat paucorum arbitrio belli:domique reſpubli. agitabatur penes eoſdem ærarium:prouinciæ: magiſtraſtrus:gloriæ:triumphi erant. Populus militia atque inopia urgebatur: prædas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Interea parentes aut parui liberi militum: uti quiſque potentiori affinis erat: ſedibus pelebantur. Ita tum potentiæ auaritia ſine modo modeſtiaque inuadere: polluere & uaſtare omnia: nihil penſi neque ſancti habere: quo ad ſemetipſa præcipitauit. Nam ubi primum ex nobilitate reperti ſunt:qui ueram gloriam iniuſtæ potentiæ ante ponerent:moueri ciuitas cœpit & diſſenſio ciuilis quaſi permixio terræ oriri. Nam poſtq̃ Ti. & C.Gracchus:quorum maiores in punico bello atque aliis multum Rei publica addiderant uindicat plæbẽ in libertatem:& paucorum ſcelera patefacere cœpere:nobilitas noxia atque eo perculſa modo per ſocios ac nomen latinum interdum per equites Ro.quos ſpes ſocietatis a plæbe dimouerat. Gracchorum actionibus obuiam inerat:& primo Tiberium:deinde paucos poſt annos ingredientem eadem.C.triumuirum in deducendis colloniis.cum .M.Fuluio Flacco ferro necauerat:& ſane gracchis cupidine uictorie non ſatis moderatus animus fuit:Sed bono uinci ſanctuis ē:quam malo more iniuriam uincere Igitur ea uictoria nobilitas ex libidine ſua uſa multos mortalis ferro aut fega extinxit. Pluſque in reliquum ſibi timoris quam potentiæ addicit. Q uæ res plærunq; magnas ciuitates peſſundedit:dum alteri alteros uicere quouis modo & uictos acerbius ulciſci uolunt. Sed de ſtudiis partium omnibuſque ciuitatis moribus ſi ſigilatim aut ꝑ magnitudine parem diſſere tempus quam res maturius me deſereret. Q uamobrem ad incœptum redeo.

POſt auli fedus exercituſque noſtri fugam fœdam. Q uinto Metellus &.M.Sullanus Coſs. Des prouincias inter ſe partiuerant. Metelloque Numida obuenerat:acri uiro & quamquam aduerſo populi partibus:fama tamen æquabili & inuiolata:is ubi primum magiſtratum ingreſſus eſt Alia omnia ſibi cum collega ratus:ad bellum quod geſturus erat animum intendit. Igitur diffidens ueteri exercitui milites eligere:ſcribere præſidia undique accerſere:arma:tela:equos &cæ.inſtrumenta militiæ parare. Ad hoc commeatum affatim denique omnia:quæ in bello uario,& multarum rerum egẽti uſui eſſe ſolent:cæterum ad ea patranda ſenatus auctoritate ſocii nomenque latinum & reges ultro auxilia mittere. Poſtremo omnis ciuitas ſummo ſtudio nitebatur.Itaque ex ſentẽtia omnibus rebus paratis compoſitiſq; in Numidiam proficiſcitur magna ſpe ciuium:tum propter artis bonas tum maxime quod aduerſum diuitias inuictum animum gerebat:& auaritia magiſtratuum ante id tempus in Numidia noſtræ opes contuſæ hoſtiumque aucte erant. Sed ubi in Aphricam uenit exercitus ei traditura.Spuri. Albino pro conſule in res imbeciles: neque periculi: neque laboris patiens lingua quam manu promptior:

Ptior:prædator ex ſociis & ipſe præda hoſtium ſine imperio & modeſtia habitus. Ita impatori nouo plus
e malis moribus ſollicitudinis quam ex copia militum auxilii aut bonæ ſpei accedebat. Statuit metellus ta-
men quãquam & æſtiuorum tempus cõmitiorum mota imminuerat:& expectatione euentus ciuium ani-
mos intentos putabat:nõ prius bellum attingere quam maiorum diſciplina milites laborare coegiſſet. Nã
Albinus Auli fratris:exercitus quæ clade:perculſus poſtquam decreuerat non egredi prouincia quãtum tẽ-
poris æſtiuorum imperium fuit plerũq; milites ſtatutis caſtris habebat:niſi cum odor aut pabuli egeſtas lo-
cum mutare ſubegerat. Sed neque more militari uigiliæ ducebantur:uti cuiquæ libebat : ab ſignis haberat.
Lixæ permixti cum equitibus:die noctuquæ uagabantur:& palantes agros uaſtare:uillas expugnare:peco-
ris & mancipiorum prædas certantis agere eaq; mutare cum mercatoribus uino auectitio & aliis talibus.
Præterea frumentum publice datum uendere:panem ĩ dies mercari:Poſtremo quecũq; dici aut ſingit quæ
unt ignauiæ luxuriæ que probra in illo exercitu cuncta fuere:& alia amplius:ſed in ea difficultate. metellũ
non minus quam in rebus hoſtilibus magnum & ſapientem uirum fuiſſe comperio:tanta temperantia in-
ter ambitionem ſæuitiam que moderatum:namque edicto primo adiumenta ignauiæ dicitur ſuſtuliſſe:ne
quiſquam in caſtris panem aut quem alium cibum coctum uenderet:ne lixæ ſequerentur exercitum:ne mi-
les gregari usin caſtris neue in agmine ſeruum aut:iumentum baberet Cæteris arte modum ſtatuiſſe. Præ-
terea tranſuerſis itineribus quottidie caſtra mouere:uallo ac foſſa munire:uigilias crebas ponere:& eas ipſe
cum legatis circumire. Item in agmine in primis modo:modo in poſtremis ſæpe in medio adeſſe ne quiſ-
piam ordine egrederetur.ut cum ſignis frequentes incederent:miles cibum & arma portaret. Ita prohiben-
do a delictis magis quam uindicando exercitum breui confirmauit. Interea Iugurtha ubi ea quæ Metellus
agebat ex nunciis accœpit:ſimul de innocentia eius certior Romæ factus diffidere ſuis rebus:ac tum demũ
ueram deditionem facere conatus eſt. Igitur legatos ad conſulem cum ſuppliciis mittit. Qui tantummodo
ipſi:liberiſq; uitam peterent:alia omnia dederent populo romano ſed metello iam antea experimentis co-
gnitum erat genus numidarum infidum:ingenio mobili nouarum rerum auidum eſſe:itaq; legatos. Alium
ab alio diuerſos aggreditur:ac paulatim tentando:poſtq̃ opportunos ſibi cognouit:multa pollicendo per-
ſuadet:ut iugurtham maxime uiuum/ſim id parum procedat necatum ſibi traderẽt:cæterum palam quæ ex
uoluntate forent regi nunciare iubet. Deinde paucis diebus intento atq; in feſto exercitu in numidiam pro-
cedit. Vbi contra belli faciem tuguria plena hominum pecora:cultoreſq; in agris erant ex oppidis & Mapa
libus præfecti regis obuiam procedebant parati frumẽtum dare cõmeatum portare Poſtremo omnia quæ
imperarentur facere. Nequæ Metellus iccirco minus:ſed pariter acſi hoſtes adeſſent munito agmine incede
re:latæ explorare omnia illa deditionis ſigna oſtentu eſſe credere:eo inſidiis locum tentare. Itaque cum ex
peditis cohortib⁹.itẽ funditorum & ſagittariorum delecta manu apud primos erat. In poſtremo. C. Mari⁹
legatus curabat cum equitibus in utrumq; latus auxiliarios equites. Tribunis legionum:& præfectis cohor
tum diſpartiuerat:ut cum his uelites permixti quocunquæ accederent equitatus hoſtium propulſarent. Nã
in iugurtha tantus dolus:tantaquæ peritia locorum & militie erat:ut abſens an præſens:pacem an bellum
gerens pernitioſior eſſet in incerto haberetur. Erat aut longe ab eo itinere quo metellus pergebat oppidum
Numidarum nomine Vata forum rerum uenalium totius regni:& maxĩe celebrarum:ubi incolere & mer
cari res conſueuerat taliei generis multi mortalis. Huic conſul ſimul tentandi gratia ſi paterentur oppurtu-
nitates loci præſidium impoſuit:Præterea imperauit frumentum:& alia quæ bello uim forent cõportare:
ratus id quod res monebat frequentiam negociatorum & cõmeatum etiam paratis rebus munimento fore.
inter hæc negocia iugurtha impenſius modo legatos ſupplices mittere:pacem rogare:præter ſuam libero-
rumquæ uitam Metello omnia dedere. Quos item uti priores Conſul illectos dimittebat ad proditionẽ
regi:pacem quam poſtulabat:neque abnuere:neque polliceri:& inter eas moras promiſſa legatorum expe-
ctare. Iugurtha ubi Metelli dicta cum factis compoſuit.ac ſe ſuis artibus tentari animaduertit. Quipde cui
pax uerbis nunciabatur:cæterum re bellum aſperrimum erat:urbs maxima alienatã:ager hoſtibus cogni-
tus:animum popularium tentari:coactus rerum neceſſitudine ſtatuit armis certare. Igitur explorato iti
nere hoſtium in ſpem uictoriæ adductus ex opportunitate loci:quam maximas copias poteſt omnium ge
nerum parat:ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit. Erat in ea Numidiæ per quam Ader-
bal iu diuiſione poſſederat flumen oriens a meridie muthul. A quo haberant modus ferme millia paſſu
um uiginti tractu peri uaſtus a natura & humano uultu ſed ex eo midio quaſi collis oriebatur in immen
ſum pertingens ueſtius oleaſtro:ac murtetis aliiſque arborum generibus:quæ humo arida atque arenoſa gi
gnuntur. media aurem planities deſerta penuria aquæ præter flumini propinqua loca ea conſita arbuſtis
pecore atque cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle: quem tranſuerſo itinere porrectum do-
cuimus: Iugurtha extenuata acie ſuorum conſedit:elephantis & patri copiarum pedeſtrium. Bomilcarẽ
præfecit:eumque edocet:quæ ageret: ipſe propior montem cum omni equitatu atque peditibus dele-
ctis ſuos collocat. Deinde ſingulas turmas & manipulos circuiens mouet atque obteſtatur: uti memo-
res priſtinæ uirtutis & uictoriæ: ſeſe regnumque ab Romanorum auaritia defendant. Cum is certamen
fore quos antea uictos ſubiugum miſerint. Ducem illis:non mutatum animum: quæ ab imperatore de-
cuerat omnia ſuis prouiſa: locum ſuperiorem:uti prudentes cum imperitis ne pauciores cum pluribus:aut
rudes cum bello melioribus manum conſererent: proinde parati intentique eſſent ſigno dato Romanos
inuadere. Illum diem: aut omnis labores & uictorias confirmaturum. aut maximarum erumnarum

initium fore. Ad hoc uiritim uti quemque ob militare facinus pecunia aut honore extulerat commone facere:beneficii :& eum ipſum aliis oſtentare. Poſtremo pro cuiuſque ingenio pollicendo :minitando : obſtentando alium alio modo excitare. Cum interim metellus ignarus hoſtium monte digrediens cum exercitu conſpicitur. Primo dubius quid nam inſolita facies oſtenderet: Nanque inter uirgulta equi : numidæque conſiderant neque plane occultati humilitate arborum & tamen incertum quid nam eſſet: tum natura loci:tum dolo ipſi atquæ militaria ſigna obſcurati. Deinde breui cognitis inſidiis pauliſper agmen conſtituit. Ibi commutatis ordinibus in dextero latere quod proximum hoſtium erat triplicibus ſubſidiis aciem inſtruxit:inter manipulos funditores & ſagitarios diſpertit equitatum omnem in cornibus locat :ac pauca pro tempore milites hortatus :aciem ſicuti inſtruxerat tranſuerſis principiis in planum deducit. Sed Numidas quietos neque digreſſos colle aĩaduertit:ex anni tempore ueritus & inopia aquæ : ne ſiti conſiceretur exercitus. Rutilium legatum cum expeditis cohortibus:& parte equitum præmiſit ad flumen:uti locum caſtris antecapere:exiſtimans crebro hoſtes impetu & tranſuerſis præliis iter remoraturos ( & quoniam armis diffiderent:)laſſitudinem & ſitim militum tentauros. Deinde ipſe pro tempore atque loco ſicuti monte deſcenderat paulatim procedere.marium poſt principia habere . Ipſe cum equitibus ſiniſtræ alæ eſſe qui in agmine princeps facti erant. At iugurtha ubi extremum agmen metelli primos ſuos prætergreſſum uidet:præſidio quaſi duum milium peditum montem occupat:qua Metellus deſcenderat:ne forte cedentibus aduerſariis receptui:ac poſt munimento foret. Deinde repente ſigno hoſtes inuadit: Numidæ alii poſtremos cedere pars a ſiniſtra ac dextra tentare:infenſi adeſſe inſtare: atque omnibus locis romanorum ordines conturbare. Quorum etiam qui firmioribus animis obuii hoſtibus fuerunt ludificati in incerto prælio ipſi modo eminus ſanciabantur:neque contra feriendi aut conſerendi manum copia erat ante iam docti ab iugurtha equites:ubi Ro:turmæ inſequi cœperant non conſertim in unum ſe recipiebãt

Sed alius alio quam maxime diuerſi. Ita numero priores ſi a perſequendo hoſtes deterrere nequiuerant:deſiectos a tergo aut alateribus circunueniebant. Sin opportunior fuge collis quam campi fuerant ea uero conſueti Numidarum equi facile inter uirgulta euadere. Noſtros aſperitas & inſolentia loci retinebat. Cæterum facies totius negocii uaria incerta fœda atque miſerabilis diuerſi a ſuis pars cedere : alii inſequi:neque ſigna neque ordines obſeruare ubi quemque periculum cæperat ibi reſiſtere : ac propulſare arma:tela:equi:uiri hoſtes atque ciues permixti:nihil conſilio atque imperio agi fors omnia regere : itaque multum diei proceſſerat etiam tum euentus in incerto erat. Denique omnibus labore & æſtu languidis.

Metellus uidet ubi Numidas minus inſtare:paulatim milites in unum conducit :ordines reſtituit : & cohortes legionarias quattuor aduerſus pedites hoſtium collocat : Eorum magna pars locis ſuperioribus feſſa conſiderat:ſimul orare:hortari milites ne deficerent:neu paterentur hoſtes fugientes uincere neque illis caſtra eſſe neque munimentum ullum quo cedentes tenderent:in armis omnia ſita. Sed nec iugurtha quidem interea quietus erat circum ire:hortari:renouare prælium & ipſe cum delictis tentare omnia ſubuenire ſuis:hoſtibus inſtare dubiis quos firmos cognouerat:eminus pugnando retinere. Eo modo inter ſe duo imperatores ſummi uiri certabant:ipſi pares:cæterum opibus diſparibus. Nam Metello uirtus militum:locus aduerſus iugurthæ alia omnia præter milites opportuna Denique Romani ubi intelligunt : neque ſibi profugiũ eſſe:neq; ab hoſte copiam pugnandi fieri:& iam diei ueſper erat. Aduerſo colle ſicuti præceptum fuerat euadunt amiſſo loco. Numidæ fuſi fugatique pauci interiere: Pleroſque uelocitas & regio hoſtibus ignara:turata ſunt. interea Bomilcar quem elephantis & partis copiarum pedeſtrium præfectum ab iugurtha eſſe ſupra diximus:ubi eum Rutilius prætergreſſus eſt. paulatim ſuos in æquum locum deducit : ac dum legatus ad flumen quo præmiſſus erat feſtinans pergit quietus uti res poſtulabat : aciem exornat:neque remittit quid ubi que hoſtis agere explorare. Poſtquam Retulium conſediſſe iam & animo uacuũ eſſe accœpit:ſimulque iugurthæ ex prælio clamorem augeri :ueritus ne legatus cognita re laborantibus ſuis auxilio foret: Quam aciem diffidens uirtuti militum arcte ſtatuerat:quo hoſtium itineri officeret latius porrigit. Eoque modo ad Rutilii caſtra procedit. Romani ex improuiſo pulueris uim magnam animaduertunt. Nam pro aſpectum ager arbuſtis conſitus prohibebat : & primo humum rati aridam uento agitari:poſt ubi equabilem manere : ſicuti acies mouebatur magis:magiſque appropinquare uidebant:cognita re properantes arma capiunt ac pro caſtris ſicuti imperabatur conſiſtunt. Deinde ubi propius uentum eſt utrinque magno clamore concurritur. Numidæ tantummodo remorati dum in elephantis auxilium putant. Poſtquam eos impeditos ramis arborum atque ita diſiectos circumueniri uident fugam faciunt:ac plerique abiectis armis :collis aut noctis quæ iam aderat axilio integri abeunt: elephanti quattuor capti reliqui omnes numero quadraginta interfecti ſunt. At Romani quãquam itinere atque opere caſtrorum & prælio feſſi laſſique erant tamen quod Metellus amplius opinione morabatur: inſtructi:intentique obuiam procedunt. Nam dolus Numidarum nihil languidi neque remiſſi patiebantur. ac primo obſcura nocte poſtquam haud procul inter ſe erant ſtrepitu. uel ut hoſtes aduentare alteri apud alteros formidinem ſimul & tumultum facere:& pœne imprudentia admiſſu facinus miſerabile foret ĩ utrique præmiſſi equites eſſe explorauiſſent:igitur pro metu repente gaudium exortum eſt. Milites alius alium leti appellant:acta edocent atq; audiunt ſua quiſq; fortia facta ad cælum inferunt. Quippe humanæ res ita ſe habẽt in uictoria etiam in nauis gloriari licet aduerſæ res etiam detractant bonos Metellus in iiſdem caſtris quattriduo moratus ſancios cum cura reficit meritos : in præliis more militiæ donat uniuerſos

concione laudat atque agit gratias:hortatur ad cætera quæ leuia ſunt parem animum gerant ꝓ uictoria ſa
tis pugnatum:reliquos labores præde fore. Tamen interim tranſfugas & alios opportunos. Vbi iugur
tha gentium:autq uid ageret cum paucis ne eſſet:an exercitum haberet:ut ſeſe uictus gereret:exploratum
miſit. Ad ille ſeſe in loca ſaltuoſa & munita natura recœperat. ibiq; cogebat exercitum numero hominum
ampliorem:ſed hebetem infirmumq; agri ac pecoris magis quam belli cultorem. Id ea gratia eueniebat:
quod præter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem ſequebatur. Quo cuiuſq; anim⁹
fert diſcedunt eo neque id flagitium militiæ ducitur:ita ſe mores habent. Igitur Metellus ubi uidet regis
etiam tum animum ferocem eſſe bellum renouari. Quod niſi ex illius libidine geri non poſſet. Præterea
iniquum certamen ſibi cum hoſtibus minore detrimento illos uinci:quam uincere:ſtatuit non præliis ne-
que in acie:ſed alio modo bellum gerendum fore. Itaq; in loca Numidiæ opulentiſſima pergit agros uaſtat
multa & oppida temere munita:aut ſine prælio capit incenditq;:puberes interficit:iubet alia omnia mili-
tum præde eſſe. Ea formidine multi mortales romanis dediti:obſides:frumentum & alia quæ uſui fo-
rent affatim præbita ſunt ubicunque res poſtulabat præſidium impoſitum. Quæ negocia multo magis
quam prælium male pugnatum ab ſuis regem terrebant. Quippe cui ſpes omnis in fuga ſita erat ſequi
cogebatur:& qui ſua loca defenderet nequiuerat in alienis bellum gerere:tamen ex inopia quod optimum
uidebatur conſilium capit exercitatum plerunque in iiſdem locis operiri iubet:ipſe cum delectis equitibus
Metellum ſequitur nocturnis auiiſq; itineribus ignoratus Romanos palantis repente aggreditur : eorum
plerique inermes cadunt multi capiuntur:nemo omnium intactus profugit & Numidæ priuſquam ſub-
ueniretur:ſicuti iuſſi erant in proximos colles diſcedunt:Interim romæ gadium ingens ortum cognitis Me
telli rebus ut ſe exercitumque more maiorum gereret:ut in aduerſo loco tamen uictor fuiſſet:uirtute hoſti-
um agro potiretur iugurtham magnificum ex. Auli ſecordia q; ſpem ſalutis inſolitudine aut fuga coegiſ-
ſet habere. Itaque ſenatus ob ea fœciliter acta diis in mortalibus ſupplicia decernere. Ciuitas antea tripida
& ſollicita de belli euentu læta agere leticiam. Fama de Metello præclara eſſe:igitur eo intentior Metellus
ad uictoriam niti omnibus modis feſtinare cauere tamen necubi hoſti opportunus fieret meminiſſe poſt
gloriam inuidiam ſequi ita quo clarior:eo magis anxius erat:neque poſt inſidias iugurthæ effuſo exercitu
prædari. Sed ubi frumento aut pabulo opus erat cohortes cum omni equitatu præſidium magebant. Exer
citus partem ipſe:reliquos Marius ducebat ſe igne magis quam præda ager uaſtabatur : duobus locis haud
longe inter ſe caſtra faciebant. Vbi ui opus erat cuncti aderant:cæterum quo fuga atque formido latius cre-
ſceret diuerſi agebant. Eo tempore iugurtha per colles ſequi tempus aut locum pugnæ quærere. qua uentu-
rum hoſtem audierat paululum aut aquarum fontis quorum penuria erat corrumpere modo ſe Metello in-
terdum Mario oſtendere poſtrēo an agmīe tēptare ac ſtatī in colles regredi. Rurſus aliis p⁹ aliis minitari:ne
que prælium facere:neque ocium:pati. Tantummodo hoſtem ab incepto retinere : Romanus imperator
ubi ſe dolis fatigari uidet:neque ab hoſte copiam pugnandi fieri urbem magnam & in ea parte qua ſita erat
arcem regni nomine zamam ſtatuit oppugnare ratus id quod negocium poſcebat:iugurtham laborantib⁹
ſuis auxilio uenturum ibique prælium fore. At ille quæ parabantur a perſugis edoctus magnis itineribus
Metellum anteuenit:oppidanos hortatur:mœnia defendat:additis auxilio perſugis:quod genus ex copiis
regis:quod fallere nequibat fortiſſimum erat. Præterea pollicetur in tempore ſemet cum exercitu affore.
Ita compoſitis rebus in loca quam maxime occulta deſcendit:ac poſt paulo cognoſcit ex itīere marium fru
mentatum cum paucis cohortibus. Sicam miſſum quod oppidum primum omnium poſt malam pu-
gnam ab rege defecerat. Eo cum delectis equitibus pergit noctu:& iam egredientibus Romanis in porta
pugnam facit. Simul magna uoce Sicenſes hortatur uti cohortes a tergo circunueniant:fortunam illis præ-
claris facinoris caſum dare:ſi id fecerint. poſtea ſeſe in regno illos in libertate ſine metu ætatem acturos:at
ni Marius ſigna inferre atque euadere oppido properauiſſet profecto cuncti aut magna pars Sicenſium fi-
dem mutauiſſent. Tanta mobilitate ſeſe Numidæ agerunt Sed milites iugurthini pauliſper a rege ſuſtenta
ti poſtquam maiore ui hoſtes urguent paucit amiſſis pro fugi diſcedunt. Marius ad zamam peruenit: id op
pidum in campo ſitum magis opere quam natura munitum erat nullus idoneæ rei egens:armis uiriſq; opu
lentum. Igitur Metellus pro tempore atque loco paratis rebus cuncta mœnia exercitu circumuenit Legatis
imperat ubi quiſque curaret. Deniq; ſigno undique ſimul clamor ingens oritur:neque ea res Numidas ter
ret:infenſi intentique ſine tumultu manent:prælium incipitur romani pro ingenio:quiſque pars eminus
glande aut lapidibus pugnare:alii inuadere:ac murum modo ſuffodere: modo ſcalis aggredi cupere præ-
lium in manibus facere. Contra ea oppidani in proximos ſaxa uoluere:ſudes pilla:præterea pice & ſulphu
re tedam mixtam ardenti mittere. Sed nec illos qui procul manſerant timor animi ſatis muniuerat. Nā ple
roſq; iacula tormētis aut manibus emiſſa uulnerabāt:Pariq; periculo ſed fama impari boni atq; ignaui erāt
Dum apud zamam ſic certatur. iugurtha ex improuiſo caſtra hoſtium cum magna manu inuadit: remiſſis
qui in præſidio erant:& oīa magis q̄ ꝓlium expectantibus porta irrumpit. At noſtri repentino metu per-
culſi:ſibi quiſq; ꝓ moribus conſulunt:alii fugere:alii arma capere:magna pars uulnerati aut occiſi ſunt. Cæ
terum ex omni multitudine non amplius quadraginta memores nominis romani grege facto locum cœ-
pere paulo quam alii. editorem:neq; inde maxima ui depelli quiuere. Sed tela eminus miſſa remiſſa remit-
tere:pauci impluribus minus fruſtrati ſi Numidæ propius acceſſiſſent:ibique uirtutem oſtendere & eos ma
xima ui cedere:fundere atque fugare. Interim Metellus cum accerrime rem gereret clamorem a tergo ac-
cœpit. Deinde conuerſo equo animaduertit fugam ad ſe uerſum fieri: quæ res indicabat populares eſ-

ſe: Igitur requitatũ omnẽ ad caſtra propere miſit: ac ſtatim. C. Marium cũ cohortibus ſociorũ: cũque lachry
mans per amicitiã: perq; Rem pu. obſecrat ne quã contumeliã remanere in exercitu uictore: ne ue hoſtes in
ultos abire ſinat ille breui mandata efficit: ad iugurtha munimento caſtroꝝ impeditus cũ alii ſuperuallum
præcipitarentur: alii in anguſtiis ipſi ſibi properantes officerent multis amiſſis in loca munita ſeſe recipit.
Metellus infecto negocio poſtq̃ nox aderat in caſtra cum exercitu reuertitur. Igitur poſtero die priuſquam
ad oppugnandum regrederetur: equitatum omnẽ in ea parte qua regis aduentus erat pro caſtris agitare iu-
bet: portas & proxima loca tribunis diſperſit deinde ipſe pergit ad oppidum: atque uti ſuperiores die murũ
aggreditur. interim iugurtha ex occulto repente noſtros inuadit & qui in proximo locati fuerant: pauliſper
territi perturbantur tamen reliquo cito ſubueniunt. Neq; diutius Numidæ reſiſtere quiuiſſent: ni pedites
cum equitibus permixti magnam cladem in congreſſu facerent quibus illi freti non uti equeſti fieri prælio
ſolet ſeqai. Deinde uero cedere: ſed aduerſi equis concurrere implicare: ac perturbare aciem. ita ſuis hoſtes
pœne uictos dare. Eodem tempore apud zamã magna ui certabatur: ubi quiſque legatus aut tribunus cura-
bat eo accerrime niti neq; alius ſpem in alio magis quam in ſe habere. Pariterque oppidani agere: opugnarẽ
aut parare omnibus locis: audius alteri alteros ſauciare: q̃ ſemetipſi tegere: clamor ꝑmixtus hortatiõe læti-
cia gemitu. Item ſtrepitus armorum ad cælum ferri: tæla utrinque uolare. Sed illi qui mœnia defendebant
ubi hoſtes pabulum modo pugnum remiſerant: intenti prælium equeſtre proſpectabant eos uti quæq̃ res
iugurthæ erant lætos modo: pauidos modo anĩaduerteres ac ſicuti audiri a ſuis aut cerni poſſent: admone-
re alii: hortari alii: aut manu ſignificare aut niti corporibus: & huc & illuc quaſi uitabundi: aut iacentes tela
agitatere. Quod ubi Mario cognitum eſt. Nam is in ea parte curabat conſulto lenius agere ac diffidentiam
rei ſimulare: pati Mumidas ſine tumultu prælium regi inſerere. Ita illis ſtudio ſuorum aſtrictis repente ma-
gna ui murum aggreditur. & iam ſcalis aggreſſi milites prope ſumma cœperant: tum oppidani concurruut
lapides ignem alia præterea tela ingerunt: noſtri primo reſiſtere: deinde ubi unæ ac alteræ ſcalæ immũitæ
ſunt: qui ſuperſteterant afflicti ſunt. Cæteri quoque modo potuere: pauci integri. Nam magna pars confe-
cti uulneribus abeunt. Deinde utrinque prælium nox diremit. Metellus ubi uidet fruſtra incœptum: neque
oppidum capi neque iugurtham niti: niſi ex inſidiis aut ſuo loco pugnam facere: etiam æſtatem exactam eſ
ſe: ab zama diſcedit. & in his urbibus: quæ ad ſe defeceral: quæ ſatis munitæ loco aut mœnibus erant præ
ſidia imponit. Cæterum exercitum in prouincia quæ proxima eſt Numidiæ hyemandi gratia collocat. ne
que id tempus ex aliorum more quietu aut luxuriæ concedit. Sed quoniam armis bellum parum procede
bat: inſidias regi per amicos tendere: & eorum præſidia pro armis uti parat. igitur Bomilcarem qui Ro-
mæ cum iugurtha fuerat: & inde uadibus datis clam de Maſſiuæ nece iudicium fugerat: quod ei per maxi-
mam amicitiam: maxima copia fallendi erar multis pollicitationibus aggreditur: ac proximo efficit uti ad
ſe colloquendi gratia occulte ueniat. deinde fide data ſi iugurtham uiuum aut necatum ſibi tradidiſſet: fore
ut illi Senatus impunitatem & ſua omnia concederet: facile Numidæ perſuadet: tum ingenio infido: tum
metuenti. ſi pax cum Romanis fieret ipſe per conditiones ad ſupplicium traderetur. is ubi primum oppor
tunum fuit iugurtham anxium ac miſerantem fortunas ſuas accedit. Monet atque lachrymans obteſtatur
uti aliquando ſibi liberiſq; & genti Numidarum optimæ meritæque prouideat: omnibus præliis ſeſe ui-
ctos: agrum uaſtatum multos mortalis captos aut occiſos: regni opes comminutas eſſe. ſatis ſæpe iam uir-
tutem militum: fortunam tentatam caueat ne illo cunctante Numidæ ſibi conſulant. His atque aliis tali-
bus ad deditionem regis animum impellit: mittuntur ad imperatorem legati qui iugurtham imperata fa-
cturum dicerent ac ſine ulla pactione ſeſe regnumque in illius fide traderent. Metellus cunctos ſenatorii or-
dinis ex hybernis propere acceſſire iubet: eorum atque aliorum quos idoneos ducebat conſilium: habet, ita
more maiorum ex conſilii decrero per legatos iugurthæ imperat: argenti pondo ducenta milia: elephantaſ
omnes: equorum & armorum aliquantulum: Quæ poſtquam ſine morã facta ſunt: iubet omnes per-
fugas uinctos adduci: eorum magna pars uti iuſſum erat adducti: pauci cum primum deditio cœpit ad re
gem Boghum in Mauritaniam abierant. Igitur iugurtha ubi armis uiris & pecunia ſpoliatus eſt. Cum ip
ſe ad imperandum Tiſidium uocaretur: rurſuſque cœpit flectere animum: & ex mala conſcientia digna ti-
mere. Denique multis diebus per dubitationem conſumptis: cum modo tedio rerum aduerſarum omnia
bello potiora duceret interdum ſecum ipſe reputaret quam grauis caſus in ſeruitium ex regno foret: mul-
tis magniſque præſidiis nequiquam perditis de integro bellum ſumit. Rome ſenatus de prouinciis con
ſultus Numidam Metello decreuerat. Per idem tempus Vticæ forte. C. Mario per hoſtias diis ſuppli-
canti magna atque mirabilia portendi aruſpex dixerat: Proinde que animo agitabat: fretus dii age-
ret fortunam quam ſæpiſſimæ experiretur. & omnia proſpere euentura: Ad illum iam antea conſola-
tus ingens cupido exagitabat ad quem capiendum præter uetuſtatem familiæ omnia abundæ erant. in-
duſtria: probitas: millitiæ magna ſcientia. animus belli ingens domi modicus: libidinis & diuitiarum
uictor. Tantummodo gloriæ auidus. Sed is natus & per omnem pueritiam Arpini altus ubi primũ ætas
militiæ patiens fuit ſtipendiis facundis non græca faciunda neque urbanis muuditiis ſeſe exercuit. ita inter
artis bonas integrum ingenium breui adoleuit. Ego ubi primum tribunatum militarem a populo perit:
pleriſq; faciem eius ignorantibus facile not⁹ per oĩs tribus declaratur. Deĩde ab eo magiſtratu alium poſt ali
um ſibi peperit: ſemperque in poteſtatibus eo modo agitabat: ut ampliore honore quam gerebat dignus
haberetur. Tamen is ad id locorum talis uir petere non audebat. Nam poſtea ambitione præceps datus eſt
& iam tum alios magiſtratus plæbes: conſulatũ nobilitas inter ſe ꝑ man⁹ tradebat. Nouus nẽo tã præclarus

neq; tã egregiis factis erat: qui is indignꝰ illo honore & q̃ſi pollutꝰ habereť. igiť ubi marius Aruſpicis dicta
codẽ quo cupido animi hortabať intendere uidet: ab Metello conſulatũ petẽdi gratia miſſionem rogat. Cui
quãq̃ uirtus gloria atq; alia optãda bonis ſuperabãt tñ inerat contẽptor aĩus & ſuperbia cõmune nobilitatiſ
malũ. Itaq; primũ cõmotus inſolita re: mirari eius conſiliũ: & quaſi ꝑ amicitiã monere: ne tam praua incipe
ſtium iter explorabant: ſimul conſul quaſi nullo impoſito omnia prouidere: apud omnes adeſſe laudare for
tis: & increpare uerentis. Ipſe armatus intentuſque: Item milites cogebat. Neque ſecus atque iter fa-
cere: caſtra munire: ex cubitum in porta cohortes ex legionibus pro caſtris equites auxiliarios mitterē. Præ-
terea alios in monumentis ſuper uallum locare: uigilias ipſe circumuenire: non tam diffidentia futurorum:
quæ imperauiſſet: quam uti militibus exequatus cum imperatore labor uolantibus eſſet. Et ſane Marius il-
loqꝫ aliiſqꝫ temporibus Iugurthini belli magis pudore quam malo exercitum cohercebat: quod multi per ā-
bitionem fieri aiebant: quod a pueritia conſuetam duritiam: & alia quas cæteri miſerias uocant: uoluptati
habuiſſe: niſi tamen reipubli. pariter ac ſæuiſſimo imperio bene atque decore omnia ſunt geſta. Igitur q̄r
to denique die haud longe ab oppido Cirtha undique ſimul ſpeculatores citi ſeſe oſtendunt. Quare ho-
ſtis adeſſe intelligitur. Sed quia diuerſi redeuntes alius ab alia parte atque omnes idem ſignificabant: con
ſul incertus quoniam modo aciem inſtrueret: nullo ordine commutatu aduerſum omnia paratus: ibidem
operitur. Igitur Iugurtham ſpes fruſtrata qui copias in quatuor partis diſtribuerat ratus ex omnib⁹ æque
aliquos ab tergo hoſtibus uenturos. Interim Sulla quem primum hoſtes attigerant: cohortatus ſuos tur
matim: & quam maxime confertis equis aliique ipſeque Mauros inuadunt: cæteri in uno loco manentes ab
iaculis eminus emiſſis corpora tegere: & ſi qui in manus uenerant obtruncare. Dum eo modo equites præ
liantur. Boghus cum peditibus quos uelunx filius eius adduxerat: neqꝫ in priore pugna in itinere morati af
fuerant: poſtremam aciem Romanorum inuadit: tum Marius apud primos agebat: quod ibi Iugurtha cū
plurimis erat: Deinde Numida cognito Boghi aduentu clam cum paucis ad pedites conuertit: ibi latine (
Nam apud Numantiam loqui dedicerat: exclamat noſtros fruſtra pugnare ante paulo Marium ſua manu
interfectum: ſimul gladium ſanguine oblitum oſtendere: quem in pugna ſatis impigre occiſo pedite no-
ſtro cruentauerat. Quod ubi milites accepere: magis attrocitate rei quam fide nuntiii terrentur: ſimulque
barbari animo tollere: & impculſos acrius īcedere iamqꝫ paululum a fuga haberāt: cum ſulla profligatis his
quos aduerſum ierat rediens Mauris ab latare incurrit. Boghus ſtatim auertitur. At iugurtha dum ſuſtentare
ſuos: prope iam adeptam uictoriam retinere cupit: circumuentus ab equitibus dextra ſiniſtra omnibus occi
ſis: ſolus inter tela hoſtium uitabundus erūpit. Atque interim Marius fugatis equitibus: occurrit auxilio ſuiſ
quos pelli iam acceperat. Deniqꝫ hoſtes iam undiqꝫ fuſi ſunt: tum ſpectaculum horribile in campis paten-
tibus: ſequi fugere: occidi: capi: ſequi: atque uiri afflicti ac multi uulneribus acceptis. neque fugere poſſe: ne
que quietem pati: niti: modo: ac ſtatim concidere. Poſtremo omnia qua uiſus erat conſtrata telis armis: cada
ueribus: & interea humus infecta ſanguine: poſtea loci conſul haud dubie iam uictor puenit in oppidum cir
tham quo in initio profectus incēderat: eo poſt quintum diem: quo: iterum barbari male pugnauerant lega
ti Bohho ueniunt qui regis uerbis ab Mario petiuere: duos quam fidiſſimos ad eum mitteret uelle. de ſuo &
de populi roma. commodo cum his diſſerere. Ille ſtatim. L. Sullam: & A. Manlium ire iubet. Qui quamq̄
acciti ibant: tamen placuit uerba apud regem facere: quo ingenium aut aduerſum flecterent: aut cupidem pa
cis uehementius accederent. Itaque Sulla cuius facundiæ non ætati conceſſum eſt uerba pauca huiuſcemodi
locutus eſt. Rex Boghe magna nobis lætitia: ē cum te talem uirum dii monuere: ut aliquando pacem quam
bellum malles neu te optimum cum peſſimo omnium iugurtha miſcendo commacalares: ſimul nobis de-
meres accerbam neceſſitudinem pariter & te errantem & illum ſceleratiſſimum perſequi. Ad popu. ro-
ma. iam a principio inopi: melius uiſum amicos quam ſeruos quærere tutiuſque rati uolentibus quam eo a-
ctis imperitate. Tibi uero nulla opportunior amicitia noſtra: primum quod procul. ab ſumus in quo of
fenſæ minimum: ē gratia par ac ſi prope adeſſemus: deinde quod parentes abunde habemus. Amicorū
neque nobis: neque cuiquam hominum ſatis fuit: atque hoc utinam tibi a principio placuiſſet: profecto ex
popu. roma. ad hoc tempus multo plura bona accepiſſes quam mala perpeſſus eſſes. Sep quoniam hu-
manarum rerum fortuna pleraque regit: cui ſcilicet placuit uim & gratiam noſtram te expertri: nunc quoni
am per illam licet: feſtina atque uti cœpiſti perge. Multa opportuna habes: quo ſacilius errata officiis
ſupes. Poſtremo hæc in pectus tuum dimitte nunquam populum romanum beneficiis uictnm eſſe. Nam
bello quam ualeat tute ſcis. Ad ea Boghus placide & benigne ſimul pauca pro delicto ſuo uerba facit ſe non
hoſtili animo. ſed ad regnum tutandum arma cepiſſe. Nam Numidiæ partem unde iugurtham expulerit
i ure belli ſuam factam eam uaſtari a Mario pati nequiuiſſe Præterea miſſiſ autem Romam legatis repulſum
ab amicitia. Cæterum uetera omittere ac tum ſi per marium liceret legatos ad ſenatum miſſurum deinde

copia

copia facta mittēdi animꝰ barbari ab amicis flexꝰ: quos Iugurtha cognita legatione Sullæ & Mālii metuēs id quod parabatur donis corruperat. Marius interea exercitu in hybernis poſito cum expeditis cohortibꝰ & parte equitatus proficiſcitur in loca ſola obſeſſum turrim regiam quo Iugurtha perfugas omnes præſidium īpoſuerat. Tū rurſus Boghus ſcilicet ſeu reputādo quæ ſibi duobꝰ prœliis euenerāt ſeu monitꝰ ab aliis amicis quos Iugurtha incorruptos reliquerat ex omni copiā e ceſſarioꝝ quinq; delegit: quoꝝ & fides cognita: & īgēia ualidiſſima erant: Eos ad Mariū: ac de ī ſi placeat Romā legatos ire iubet agēdaꝝ reꝝ: & quocūq; modo belli componēdi licētiam pmittit. Illi mature ad hyberna Romanoꝝ pficiſcūtur. Deīde in itinere a Getulis latronibꝰ circumuēti: ſpoliatiq; pauidi ſine decore ad Sullam pfugiūt. Quē conſul in expeditionē pficiſcēs p ptore reliquerat eos ille non p uanis hoſtibꝰ uti meriti erāt: ſed accurate & liberaliter habuit. Quare barbari & famā Romanoꝝ auaritiæ falſam: & Sullā ob munificētiā in ſeſe amicū eē rati ſunt. Nā etiā tū largitio multis ignota erat: mūificꝰ ne putabāt niſi pariter uolēs dona oīa in bēignitate habebant. Igit queſtori mandata Boghi patefaciunt: ſimul ab eo petunt uti fautor: conſultorq; ſibi adſit: copias fidē magnitudinē regis ſuis: & alia q aut utilia: aut beniuolentiæ eē credebant: oratione extollūt. Dein. Sulla oīa pollicitus: doctiq; quomō apud manū: itē apud ſenatū uerba facerēt. circiter dies ibidē xl. opperiunt. Marꝰ poſtquam infecto negocio quo intēderat rediit Cirtham: de aduētu legatoꝝ certior factꝰ ē. Illoſq; & Sullam uēire iubet. Itēque L. Bellienū ptorē ab utica. Præterea oēs undiq; ſenatori ordinis: qbꝰ cū mandata Boghi cognoſcit: inquis legatis poteſtas eundi Romam ſit: & ab conſule interea induciæ poſtulabant: Sullæ & pleriſq; placuere: pauci ferocꝰ decernūt ignari reꝝ humanaꝝ: quæ fluxe ſemp ī aduerſa mutant. Cæteꝝ Mauri impetraris omnibꝰ rebꝰ tres Romam profecti: cū Cn. Octauio Rufone: qui quæſtor ſtipendium in Aphricā portauerat. Duo ad regē redeūt. Ex his Boghus cum cætera: tum maxime benignitatē & ſtudiū Sullæ libēs accepit. Romæq; legatis eius (poſtq errasse regē & iugurthæ ſcelere lapſum deplorati ſunt) amicitiam & fœdus petentibꝰ hoc modo reſpondet. Senatꝰ & po. ro. beneficii & iniuriæ memor eſſe ſolet. Cæteꝝ Bogho quoniā pœnitet delicti gratiam facit: fœdꝰ & amicitia dabunt cū meruerit. Quibꝰ rebꝰ cognitis Boghus p litteras a Mario petiuit: uti Sullā ad ſe mitteret. Cuius arbitratu de negociis comunibꝰ conſuleret: Is miſſus cō præſidio equitū atq; peditū: funditoꝝ baleatoꝝ: Præterea iere ſagitarii: & cohors peligna cū uelitaribus armis itineris properādi cauſa neq; ſecꝰ his atq; aliis armis aduerſum tæla hoſtiū quod ea leuia ſunt muniti erāt: ſed in itinere qnto deniq; die Volunx filiꝰ Boghi repente in campis patētibꝰ cū mille non amplius eqtibꝰ ſeſe oſtendit: q temere & effuſe eū res Sullæ aliiſq; omnibꝰ & numeꝝ ampliorē uero & hoſtilē metum efficiebant. Igit ſe quiſq; expedire arma atq; tæla tentare: intēdere timor aliquātus: ſed ſpes amplior qppe uictoribꝰ & aduerſum eos quos ſæpe uicerāt: interim eqtes exploratū præmiſſi rē uti erat qetatem nunciant Volunx adueniens quæſtorem appellat: dicitq; ſe a patre Bogho obuiā illi ſimul & præſidio miſſum. Deī. per eum & proximū diē ſine metu coniuncti eunt: Poſt ubi caſtra locata: & diei ueſper erat: repēte Marius īcerto uultu pauens ad Sullam occurrit: dicitq; ſibi a ſpeculatoribꝰ cognitū: haud procul Iugurtham abeſſe. Simul uti noctu clā ſecū pfugeret rogat: atq; hortat. Ille animo feroci negat ſe toties fuſum Numidam pertimeſcere: uirtuti ſuorum ſatis credere etiam ſi certa peſtis adeſſet manſurū potius q proditis quos docebat turpi fuga incerte ac forſitan poſt paulo morbo interituræ uitæ parceret. Cæteꝝ ab eodem monitus uti noctu proficiſceret: conſilium approbat: ac ſtatim militer cœnatos eſſe in caſtris: igneſq; quā creberrimos fieri. Deinde prima uigilia ſilentio egredi iubet: imaq; nocturno itinere feſſis omnibꝰ Sulla pariter cum ortu ſolis caſtra metebat: cum equites Mauri nunciāt iugurtham circiter duum millium interuallo ante eos conſediſſe: quod poſtquā auditū ē: tum uero ingēs metꝰ noſtros inuadit. Credere ſe probitos a Volunge. & inſidii circūuentos: Ac fuere qui dicerent manu uindicandū: neq; apud illū tantum ſcelꝰ inultum relinquendū. At Sulla quāquā eadē exiſtimabat: tamen ab iniuria maurum probet: ſuos hortatur: uti fortē animum gererent: ſæpe antea paucis ſtrennuis aduerſus multitudinem bene pugnatum quanto ſibi in prœlio minus pepercīſſent. Tanto tutiores fore: nec quemquam decere quē manus armauerat: ab inermibus peditibus auxilium petere: in maximo metu nudum & cœcum corpus hoſtes uertere Deinde Volungem quoniam hoſtilia faceret. Iouem maximum obteſtatus: ut ſceleris: atq; perfidiæ Boghi teſtis adeſſet: caſtris abire iubet.

Ille lachrymas orare ne ea crederet nihil dolo factū: ac magis calliditate iugurthæ cui uidelicet ſpeculanti inter ſuū cognitum eſſet. Cæteꝝ quoniam neq; ingentem multitudinem haberet: & ſpes opeſq; ex patre ſuo penderent credere illum nihil palam auſurū: cum ipſis filius teſtis adeſſet. Quare optimum factum uideri per media eius caſtra palam tranſiret ſeſe uel præmiſſis uel ibidem relictis Mauris ſe ſolum cum Sulla iturum: ea res uti in tali negotio probata eſt: ac ſtatim profecti: quia de improuiſo accelerant: dubio atque hæſitante Iugurtha incolumes tranſeunt. Deinde paucis diebus quo ire intenderant peruentum eſt ibi tum Bogho quidam Numida Aſpar nomine multum & familiariter agebat: præmiſſus a iugurtha: poſtquam iugurtham accitum audierat oratum & ſub dole ſpeculatum Boghi conſilia ferat: præterea Dauar Maſſa gradæ filius ex gente Maſiniſſæ cæterum materno genere impar. Nam pater eius ex concubina ortus erat: Mauro ingentia facta carus acceptuſque quem Boghus fidum multis antea tempeſtatibus expertus: illico ad Sullam nuntiatum mittit paratum ſeſe facere quæ populus romanus uellet: colloquio diem locum tempus ipſe deligeret: conſulta ſe omnia cum illo integra habere: neu Iugurthæ legatum pertimeſceret: quod eo aduocatus eſſet quo res communis licentius gereretur: nam ab inſidiis eius aliter caueri nequiſſet: ſed ego cōperio Boghum magis punica fide: quā ob quæ prædicabat ſimul Romanos & Numidiam ſpe pacis deteruiſſe: multumq; cum ſuo animo uoluere ſolitum. Iugurtham Romāis an illi Sullam traderet: libidinē ad

uerſũ noſmet ĩ ꝑ nobis ſuaſiſſe. Igit̃ Sulla reſpõdit ſe pauca corã Aſpere locutuꝝ: cætera occulte nullo autẽ quã pauciſſimis ꝓ̃ſentibꝰ ſimul edocet quæ ſibi reſpõderentur poſtq̃ ſicuti uoluerant congreſſi diſcit ſe miſſũ a conſule ueniſſe quæſitũ ab eo pacẽ an bellũ agitaturꝰ foret. Tum rex uti præceptũ fuerat: poſt diem decimũ redire iubet an nihil etiã nũc decreuiſſe ſe illo die rñſuꝝ. Deĩde ãbo ad ſua caſtra digreſſi: ſed ubi plerũq; noctis ꝓceſſit. Sulla a Bogho occulte accerſit̃ ab utroq; tãtũmodo fidi interpretes adhibent̃. Præterea Dauar internũtius ſanctꝰ uir iurat ex ſententia amboꝝ. ſtatim ſic rex incipit. Nũq̃ ego ratus ſum fore uti rex maximꝰ in hac terra & omniũ quos noui priuato homini gratiã debere: & mehercule ſulla ante te cognitũ multis orationibꝰ aliis ultro egomet opẽ tuli: nulliꝰ indigni. Id eſſe imminutũ quod cæteri dolere ſolẽt ego lætor: fuerit mihi eguiſſe aliquãdo tuæ amicitiæ: qua apud animũ meũ nihil carius habeo. Id adeo experiri licet arma uiros pecuniã poſtremo q̃cquid animo libet ſumme utere: & quo ad uiues nũquã tibi redditã gratiã putaueris: Sed ſemꝑ apud me integra erit. Deniq; nihil me ſciente fruſtra uoles: Nã ut ego exiſtimo regẽ armis quã munificẽtia uinci minꝰ flagitioſum. Cæterum de Re. p. ueſtra. cuius curator huc miſſus ex paucis accipi. Bellũ ego pop. ro. neq; feci: neq; factũ unquã uolui. Fines meos aduerſum armatos armis tutatus ſum. Id omitto quoniã ita uobis placet. Gerite uti uultis cũ iugurtha bellũ ego flumẽ Muluchã quod inter me & Micipſam fuit: nõ egrediar: neq; id iugurthã intrare ſinã. Præterea ſi quid meq; uobiſq; dignũ petiueris aliud repulſus abibis. Ad ea Sulla breuiter ꝓ ſe & modice de pace: deq; cõibꝰ rebꝰ multis diſſeruit. Deniq; regi patefecit: quod polliceat̃ ſenatũ & po. ro. quoniã armis amplius ualuiſſet non in gratiã habituꝝ: faciẽdũ aliquid quod illoꝝ magis q̃ ſua retuliſſe uideret̃ id adeo in prõptu eſſe quoniã iugurthæ copiã haberet: quẽ ſi Romanis tradidiſſet fore ut illi plurimũ deberet̃: amicitiã fœdus Numidiæ partẽ quã nũc peteret tũc ultro aduẽturã Rex primo agitare cognationẽ affinitatẽ: ꝓ̃terea fœdus interueniſſet. Ad hoc metuere ne fluxa fide uſus populariũ animos auerteret: q̃s & iugurtha carus: & Romani inuiſi erant. Deniq; ſæpiꝰ fatigatꝰ ex uoluntate Sullæ omnia ſe facturũ promittit. Cæterũ ad ſimulandum pacẽ cuius numidæ defeſſus bello auidiſſimus erat: quæ utilia uiſa conſtituunt. ita compoſito dolo digrediũtur. At rex poſtero die Aſparẽ iugurthæ legatũ appellat. Diciq; ſibi ꝑ Dauarem ex Sulla cognitum poſſe conditionibus bellum compõi. Quãobrem regis ſui ſententiam exquireret: ille letus in caſtra iugurthæ proficiſcit̃. Deinde cuncta ab illo doctus properato itinere poſt diem octauum redit ad Boghum. & ei nunciat iugurtham cupere oĩa quæ imperarentur facere: ſed Mario paꝝ confidere. Sæpe antea cũ imperatoribꝰ Romanis pacem conuentam fruſtra fuiſſe. Cæteꝝ Boghus ſi ambobus conſultũ & ratam pacem uellet: daret operam ut una quaſi de pace in colloquiũ conueniretur: ibiq; Sullam ſibi traderet. Cũ talẽ uiꝝ in poteſtate habuiſſet tũ fore uti iuſſu. S. P. Q. R. fœdus fieret neq; hominẽ nobilẽ non ſua ignauia captum. ſed ob rẽ Populi. R. in hoſtium poteſtate relictum iri. Hæc Maurus ſecum ipſe diu uoluens tandem promiſit. Cæteꝝ dolo an uero cunctatus paꝝ compertimꝰ: ſed plærũq; regiæ uoluntates ut uehementes ſic mobiles: ſæpe ipſæ ſibi aduerſæ: poſtea tẽpore & loco conſtituto in colloquium uti de pace conueniretur: Boghus Sullam modo modo iugurthæ legatũ appellare benigne habere idẽ ambobus polliceri: illi læti pariter: ac ſpei bonæ eſſe pleni: ſed nocte ea quæ proxima fuit ante diẽ colloquio decretum Maurus adhibitis amicis ac ſtatim ĩmutata uoluntate remotis a ſe cæteris dicit̃ ſecũ ipſe multa agitaſſe uultu ac motu corporis pariter atq; aĩo uariꝰ: q̃. ſ. ipſo tacẽte occulta pectoris oris mutatiõe patefecit: tamẽ poſtrẽo Sullã accerſiri iubet: & ex eius ſententia Numidæ inſidias tendit deĩde ubi dies aduẽit & ei nũciatũ ẽ: iugurthã haud lõge eſſe cũ paucis amicis & queſtore noſtro quaſi obuiꝰ honoris cauſa ꝓcedit ĩ tumultũ faciliimũ uiſu ĩſidiãtibꝰ: eodẽ Numida cũ pleriſq; neceſſariis ſuis inermis uti dictũ erat accedit: ac ſtatĩ ſigno dato undiq; ſimul ex inſidiis ĩuadit̃. Cæteris obtrũcatis iugurtha uictus Sulle tradit̃: & ab eo ad Mariũ deductꝰ ẽ: ꝑ idẽ tẽpus aduerſum Gallos ab ducibꝰ noſtris. P. Scipiõe & M. Mãlio male pugnatũ. Quo metu italia oĩs contremuerat: illiq; & deĩde oẽs Romani uſq; ad noſtrã memoriam ſic habuere alia oĩa uirtuti ſuæ prõna eſſe cũ Gallis ꝓ ſalute: nõ ꝓ gloria certare. Sed poſtquã bellũ in Numidia confectũ iugurtha Romã uictum adduci nunciatũ ẽ. Mariꝰ conſul abſens factꝰ ẽ. & ei decreta ꝓuincia Gallia: iſque calẽdis ianuarii magna gloria triũphauit. Ea tẽpeſtate ſpes atq; opes ciuitatis in illo ſitæ.

C. Criſpi. Salluſtii de bello iugurthino. Finis.

## ORATIO LEPIDI COS. AD POPVLVM. EX LIBRIS HISTORIARVM. C. CRISPI SALVSTII.

## ORATIO LEPIDI CONSVLIS AD POPVLVM.

c Clementia & probitas ueſtra. Quir. q̃bus ꝑ cæteras gentis maximi & clari eſtis plurimũ timoris mihi faciũt aduerſus tyrãnide. L. Sullæ. Neq; ipſi nefanda æſtimatis ea paꝝ credẽdo de aliis circũuẽiamini: ꝓ̃ſertim cũ illi ſpes oĩs ĩ ſcelere atq; ꝑfidia ſit neq; ſe aliter tutum putet q̃ ſi peior atque ĩteſtabilior metu ueſtro fuerit quo captiuꝰ libertatis curam miſeria eximat: aut ſi prouideritis in tutandis periculis magis q̃ ulciſcẽdo teneamini. Satellites q̃dẽ eiꝰ homines maximi nominis non minus optimis maioꝝ exemplis nequeo ſatis mirari q̃ dominationis ĩ ſuis ſeruitium ſuũ mercedẽ dant: & utrunq; ꝑ iniuriam malunt q̃m optio iure liberi agere. Præclara Brutoꝝ atq; æmilioꝝ & Lutatioꝝ proles: geniti ad ea q̃ maiores uirtute peperere ſubuertenda. Nam quid a Pyrrho Hãnibale philippoq; & Antiocho defenſum eſt aliud quam libertas: & ſuæ cuiq; ſedes: neu cui niſi legibus pareremus: quæ cuncta ſæuus iſte Romulus quaſi ab externis rapta tenet: non tot exercituum clade: neq; cos & alioꝝ principium: quos fortuna belli conſumpſe-

rat ſatiatus. Sed tũ credulior cũ pleroſq; ſecũdæ res in miſeratione ex ira uertunt: quin ſolus omniũ poſt me
moriã hoĩum ſupplicia in poſt futuros cõpoſuit: qs prius iniuria q̃ uita certaſſet prauiſſimeq; p ſceleris ĩma
nitatẽ adhuc tut⁹ ſuit dũ uos metu grauioris ſeruitii a repetẽda libertate terremini. Agẽdũ atq; obuiã eundũ
ẽ Quir. ne ſpolia ueſtra penes illos ſint Non ꝓlatandũ neque uotis parãda auxilia niſi forte ſpatis tædium
iã aut pudorẽ tyrãnidis Sullæ eſſe eũ p ſcel⁹ occupata ꝑiculoſius dimiſſurũ At ille eo ꝓceſſit: ut nihil glorio
ſum niſi tutũ & oĩa retinẽdæ dominatiõis honeſta æſtimet. Itaque illa qes & ociũ cũ libertate q̃ multi ꝓbi
poti⁹ q̃ laborẽ cũ honorib⁹ capeſſebãt nulla ſunt: hac tẽpeſtate ſeruiẽdũ aut impitãdũ: habẽd⁹ met⁹ eſt aut fa
ciend⁹ Quir. Nã qd ultra? Quæue humana ſupant aut diuina ĩpolluta ſunt. P. R. paulo ante gẽtiũ mode-
rator: exut⁹ ĩperio: gloria: iure cogitãdi: inops deſpectuſque ne ſeruilia qdẽ alimẽta reliqua habet. Sociorũ
& latii magna uis: ciuitate ꝑ multis & egregiis factis a uobis data per unũ ꝓhibent: & plebis ĩnoxiæ patriaſ
ſedes occupauere pauci ſatellites mercedẽ ſcelerꝝ leges: iudicia: ærariũ: prouĩciæ: reges: penes unũ Denique
necis ciuiũ & uitæ licẽtia ſimul humanas hoſtias uidiſtis & ſepulchra infecta ſanguine ciuili: Eſt ne iuris reli
qui aliud quã ſoluer̃ iniuriã: aut mori per uirtutẽ? Quoniã qdẽ unũ oĩb⁹ finẽ natura uel ferro ſæptis ſtatuit
Neque qſquam extremam neceſſitatẽ nihil auſus niſi muliebri ĩgẽio expectat: Verꝝ ego ſeditio ius uti Sulla
ait q ꝑmia turbarꝝ q̃ror: & bellum cupiẽs q iura pacis repeto. ſ. qa nõ aliter ſalui ſatiſque tuti ĩperio eritis: ni-
ſi Veſtius picens: & ſcriba Corneli⁹ aliena bene parata prodegerint: niſi approbaritis oẽs ꝓſcriptionẽ inno-
xiorꝝ ob diuitias: cruciatus uirorum illuſtrium uaſtam urbẽ fuga & cædib⁹: bona ciuium miſerorum quaſi
cimbricam ꝑdam uenum aut dono datam. Ad obiectat mihi poſſeſſiones ex bonis proſcriptorꝝ: quod qdẽ
ſcelerꝝ illi⁹ uel maximum eſt. Non me neq; quemquam omnium: ſatis tutum fuiſſe. ſi recte facerem⁹: atq; il-
la quantum formidine mercatus ſum ꝑcioſo luto iure dominis tamen reſtituto: Neq; pati conſilium eſt ul-
lam ex ciuibus prædam eſſe. Satis illa fuerint quæ rabie contracta tolerauim⁹ Manus cõferentis inter ſe ro
manos exercitus & arma ab externis in noſmet uerſa ſcelerum & cõtumeliarum omnium finis ſit quorum
adeo Syllam non pœnitet: ut & facta in gloria numeret & liceat auidius fecerit. Neq; iam quid exiſtimetis
de illo ſed quantum audiatis uereor: Ne alius alium principem expectãtes ante capiamini non opibus eius
quæ futiles & corruptæ ſunt: ſed ueſtra ſecordia quam raptum iri licet: & quam audeat tam uideri fœlicem.
Nam præter ſatellites cõmaculatos quis eadem uult aut quis non omnia mutate ꝑter uictoriam ſcilicet mi
lites quorũ ſanguine Tarulæ Syrtoq; peſſimis ſeruorꝝ diuitiæ partæ ſunt: an quibus prelat⁹ in magiſtratib⁹
capiendis Fuſidius ancilla turpis: honorum omnium de honeſtamentum. Itaque maximam mihi fiduciã
parit uictor exercitus: cui per tot uulnera & labore nihil ꝑter tyrannum quæſitum eſt: niſi forte tribunitiam
Pot. euerſum profecti ſunt per arma conditam a maiorib⁹ ſuis utiq; iura & iudicia ſibimet extorquerẽt egre
gia ſcilicet mercede cum relegati in paludes & ſiluas contumeliam atq; inuidiã ſuam præmia penes paucos
intelligerent. Quare igitur tanto agmine atq; animis incedit quia ſecundæ res mire ſunt uitiis optentui: q-
bus labefactis quam formidatus eſt tam contemner̃ niſi forte ſpecie concordiæ & pacis quæ ſceleri & parri
cidio ſuo nomina indidit. Neq; aliter. R. P. & belli finem ait niſi maneat expulſa agris plebes: præda ciuiliſ
acerbiſſima: ius iudicium omnium rerũ penes ſe quod. P. R. fuit: quæ ſi uobis pax & compoſita intelligun
tur maxima turbamẽta Rei. p. atq; exitia: probate: adnuite legibus impoſitis. Accipite ocium cum ſeruitio
& tradite exẽplũ poſteris ad. Re. P. ſuimet ſanguinis mercede circumueniendam: mihi quã q̃ p hoc ſummũ
ĩperiũ ſatis quæſitum erat. Nomini maiorꝝ dignitati atq; etiam prædio tamen non fuit conſilium priuatas
opes facere. potiorq; uiſa ẽ periculoſa libertas quieto ſeruitio. Quæ ſi probatis: adeſt Quir. & bene iuuan-
tibus diis. M. Aemiliũ Conſ. ducẽ & auctorẽ ſequimini ad recipiendã libertatẽ.

## ORATIO PHILIPPI IN SENATV.

MAxime uellem. P. C. R. P. quietam eſſe: aut in a periculis prõptiſſimo quoq; defendi: adẽq; parua
incœpta conſultoribus noxe eſſe: ſed contra ſeditionibus omnia turbata ſunt: & ab his quos ꝓhi
berem agis decebat. Poſtremo quæ peſſimi & ſtultiſſimi decreuere ea bonis & ſapientib⁹ faciẽda
ſunt. Nam bellum atq; arma quãquã uobis inuiſa: tamen quia Lepido placent ſumenda ſunt. Niſi forte cui
pacem præſtare: & bellum pati conſiliũ eſt. Prohdii boni qui hanc urbem omiſſa cura adhuc regitis. M. Ae
milius oĩum flagitioſorum poſtremus (qui peior an ignauior ſit deliberari non poteſt exercitum opprimẽ
dæ libertatis habet: & ſe contempto metuendum effecit: Vos muſſantes & retractantes uerbis & uatum
carminibus pacem optatis magiſquam defenditis. Neq; intelligitis mollitia decretorum uobis dignitatem
illi metum detrahi: atq; id iure quoniam ex rapinis conſulatum ob ſeditionem prouinciam cũ exercitu ade-
ptus eſt. Quid ille ob benefacta cœpiſſet: cuius ſceleribus tanta præmia tribuiſtis? At. ſ. eos qui ad poſtre-
mum uſq; ad legatos pacem concordiam: & alia huiuſcemodi decreuerent gratiam habeo peperiſſe: immo
diſpecti & indigni. R. P. habiti predæ loco eſtimantur. Quippe metu pacẽ repetẽtes quo habitũ amiſerãt
Equidem a principio cum etruriam coniurare proſcriptos accerſiri: largitionibus. R. P. lacerari uidebam:
maturandum putabam & Catuli conſilia cum paucis ſecutus ſum Cæterum illi qui gentis æmiliæ benefa-
cta extollebant & ignoſcendo. P. R. magnitudinem auxiſſe. Nuſquam etiam tum Lepidum progreſſum
aiebant cum priuata arma opprimendæ libertatis cœpiſſet: ſibi quiſq; opes aut patrocinia quærendo conſi
lium publicum corruperunt Attamen erat Lepidus latro cum Calonibus & paucis Sicariis: quorum nemo
diurna mercede uitam mutauerit. Nunc eſt proconſule cum imperio non empto ſed dato a uobis cum lega
tis adhuc iure parentibus: & ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptiſſimi flagrantes ino
pia & cupidinibus ſcelerum conſcientia exagitati: quibus quies in ſeditionibus: in pace turbæ ſunt: Hi tu-

multum ex tumultu:bellũ ex bello ferunt Saturnini olim poſt ſulpicii:dei. Marii Damaſippiq; nũc Lepidi
Satellites:præterea Etruria atq; omnes reliquiæ belli arrectę Hiſpaniæ armis ſollicitæ: Mithridates in late
re ueſtigaliũ noſtrorũ:quibꝰ adhuc ſuſtentamur diẽ bello circũſpicit.quin præter idoneũ ducẽ nihil adeſt ad
ſubuertendũ impiũ.Quos uos oro atq; obſecro.P.C.ut animaduertatis ne patiamini licentiam ſcelerũ q̃ſi
rabiẽ ad integros contactu ꝓcedere:Nã ubi malos præmia ſequunẽ:haud facile q̃ſquã gratuito bonꝰ e:an
expectatis dũ exercitu rurſus admoto ferro atq; flãma urbẽ inuadat quod multo ꝓpriꝰ eſt ab eo quo agitat
ſtatu quã ex pace & concordia ad arma ciuilia quæ ille aduerſum diuina & humana oĩa cœpit.Nõ ꝓ ſua aut
quorũ ſimulat iniuria:Sed legũ ac libertatis ſubuertẽde:angiẽ enim ac lacerat̃ animi cupidine:& noxarũ me-
tu expers conſilii inquies hæc atq; illa temptans metuit ocium:odit bellum:Luxu atq; licentia carendum ui-
det:atq; interim abutitur ueſtra ſecordia.Neq; mihi ſatis conſilii ẽ metũ an ignauiam an demẽtiã eã appellẽ
q uidemini intẽta mala quaſi fulmẽ optare ſe q̃ſq; ne attingat.Sed ꝓhibere ne conari quidẽ:& quæſo conſi-
derate quã conuerſa rerũ natura ſit antea malũ publicũ occulte:auxilia palã inſtruebant̃:& eo boni malos fa
cile anteibant.Nũc pax & concordia diſturbant̃ palã:defendunt̃ occulte q̃bꝰ illa placẽt.In armis ſunt uos in
metu.Quid expectatis niſi forte pudet aut piget recte facere:an Lepidi mandata animos mouẽ: Qui pla
cere ait ſua cui que reddi:& aliena tenet:Belli iura reſcindi cũ ipſe armis cogat ciuitatẽ confirmari:q̃bus adẽ
ptam negat concordiæ gratia tribuniciam poteſt reſtitui ex qua oẽs diſcordiæ accenſæ peſſime oĩum atq; ĩ
pudẽtiſſime tibi ne egeſtas ciuiũ & luctus curæ ſunt:cui nihil eſt domi niſi armis partũ aut per iniuriẽ.Alte-
rũ conſulatũ petis quaſi primũ reddideris:bello concordiam quæris quo parta diſturbat̃:noſtri ꝓditor:iſtiſ
in uicꝰ hoſtes oĩum bonorũ:ut te neq; hoĩum neq; deorum pudet:quos perfidia aut periurio uiolaſti:q quã
do talis es:maneas in ſentẽtia:& retineas arma.Te hortor neu prolatandis ſeditionibus inquies ipſe nos in
ſollicitudine attineas:neque te prouinciæ neque leges neque dii penates ciuem patiuntur.Perge qua cœptaſ
ut quam maturiſſime merita inuenias.Vos autem.P.C.quouſq; cunctando .R.Pu.in tutam patiemini &
uerbis arma tẽptabitis:delectus aduerſum uos habiti:pecũiæ publicæ & priuatim extortæ:præſidia dedu
cto atq; impoſita:ex libidine leges impant̃.Cũ interim uos legatos & decreta paratis:quanto mehercule aui
diꝰ pacẽ petieritis tanto bellũ acrius erit:cũ intelliget ſe metu magis quã æquo & bono ſuſtẽtatũ.Nam q tur
bas & cædẽ ciuiũ odiſſe ait:& ob id armato Lepido uos inermes retinet:quæ uictis tolleranda ſunt:ea cũ fa
cere poſſitis patiamini potius cenſet:ita illi a uobis partẽ uobis ab illo bellum ſuadẽt hæc ſi placent: ſi tanta
torpẽdo aĩos oppreſſit:ut obliti ſcelerũ Cinnæ cuiꝰ in urbẽ reditu decus ordines huiꝰ interiit.Nihilominꝰ
uos atq; coniuges & liberos Lepido ꝑmiſſuri ſitis:quod opꝰ decretis:q̃d auxilio: Catuli quin is & alii boni.
R.P.fruſtra curant.Agite ut libet.Parate uobis Cerhegi:atq; alia proditorũ patrocinia.q rapinas & incen-
dia inſtaurare cupiunt rurſus aduerſum deos penatis manꝰ armare.Sin libertas & uera magis placent decer-
nite digna nomini:& augete ingeniũ uiris fortibꝰ:adeſt nouꝰ exercitꝰ:ad coloniæ ueterũ militum:nobilitaſ
omnis:duces optimi:fortuna meliores ſequit̃.iam illa quæ ſecordia noſtra collecta ſunt dilabent̃. Quare
ita cẽſeo quoniam lepidꝰ exercitum priuato conſilio paratum cum peſſimis & hoſtibꝰ Rei p.contrahit:hor
dinis autoritatẽ ad urbẽ ducit:uti.Ap.Claudiꝰ interrex cum.Qu.Catulo procos:& cæteris quibꝰ imperium
ẽ urbi ꝑſidio ſint:operamque debet ne inquid.R.P.detrimẽti capiat.

## ORATIO.C.COTAE.COS.AD POPVLVM

QVirites multa mihi ꝑicula domi militiæ:multa aduerſa fuere quorũ alia tolleraui.partim repuli
deorũ auxiliis & uirtute mea in q̃ is oĩbꝰ unquã animꝰ negocio defuit:neq; decretis labos malæ
ſecũdæque res.opes non ingeniũ mihi mutabant.At contra in his miſeriis cuncta me cũ fortuna de
ſeruerẽ.Præterea ſenectꝰ per ſe grauis curam duplicat:cui miſero acta iam ætate ne mortẽ q̃dẽ honeſtam ſpe
rare licet.Nam ſi parricida ueſtri ſum:& bis gẽitꝰ hic deos pẽatis meos patriamq; ſummum ĩperium uilia
habeo qs mihi uiuo cruciatꝰ ſatis ẽ.aut q̃ pœna mortuo.Cum oĩa memorata apud inferos ſupplicia ſcelere
meo uici a prima adoleſcẽtia in ore ueſtro priuatꝰ & in magiſtratibꝰ ægi q lingua: q cõſilio meo:q pecunia
uoluere uſi ſunt:neque ego callidam facundiam:neq; ingenium ad male faciẽdum exercui:auidiſſimꝰ priua
tæ gratiæ maximas inimicitias ꝓ:R.P.ſuſcœpi quictꝰ cum illa ſimul cum egẽs alienæ opis plura mala ex-
pectarẽ.Vos Quir.rurſus mihi patriam deos pẽatis cum ingẽti dignitate dediſtis pro q̃bus beneficiis uix
ſatis gratꝰ uidear ſi ſingulis animam quam nequeo conceſſerim.Nam uita & mors iure naturæ ſunt:ut ſine
dedecore cum ciuibus fama & fortunis integer agas:id dono datur atq; accipitur.Cõſules nos feciſtis Qui
rites:domi belliqʒ impeditiſſima re.p.Namq; imperatores hiſpaniæ ſtipendium:milites:arma frumen-
tum:poſcunt & id res cogit quoniam defectione ſociorum:& Sertorii per montis fuga : neq; manu certare
poſſunt:neq; utilia parare:exercitus in aſia ciliciaq; ob nimias opes mithridatis aluntur . Macedonia plena
hoſtium eſt nec minus italiæ maritima & prouinciarum cum interim uectigalia parua & bellis incerta uix
partem ſumptuum ſuſtinent:ita claſſe quæ commeatus tuebatur:minore quam antea nauigamꝰ hæc ſi do-
lo aut ſecordia noſtra contracta ſunt agite uti non & ira ſupplicium ſumite:ſin fortuna communis aſperior
eſt quare indigna uobis nobiſq; re.p.incipitis : atq; ego cuius ætati mors propior eſt : non deprecor ſi quid
ea uobis incommodi demitur:neq; mox ingenio corporis honeſtius quam pro ueſtra ſalute finem uite fece
rim:ad ſum.En.C.Cos.facio quid ſæpe maiores aſperis bellis facere:uoueo dedoq; me pro re.pu.quam
deinde cui mandetis circunſpicite.Nam talem honorem bonus nemo uolet:cum fortune & maris & belli
ab aliis acti ratio reddenda aut turpiter moriendum ſit tantummodo in animis habetote non me ob ſcelus
aut auaritiam cæſum .ſed uolente pro maximis beneficiis animam dono dediſſe per uos Quir . & glo-

tiā maioꝝ tollerate aduerſa:& conſuliteRei publi. multa cura ſummo imꝑio ineſt multi ingentes labores: quos ne q̄quā abnuitis:& pacis opulētia q̄riti:cū oēs ꝓuīciæ regna maria terræ q̄ aſpa aut feſſa bellis ſint:

## ORATIO MACRI.TR.PL.AD PLEBEM.

SI Quir.parum exiſtimaretis quid inter ius a maiorib⁹ relictū uobis:& hoc.a. Sulla paratū Seruitiū intereſſet:multis mihi diſſerēdū fuit:docēdūq; quas ob iniurias & quotiēs a patrib⁹ armata plæbes feciſſet:utiq; uīdices parauiſſet omnis iuris ſui. TR.PL.nūc portati modo reliquū ē & ire primū uia q̄ capeſcēdā arbitror libertatē:neq; me ꝓterit quātas opes nobilitatis ſol⁹ impotēs inani ſpeciē magiſtratus pellere dominatiōe incipiā:quantoq; tuti⁹ factio noxioꝝ agat:quā ſoli innocētes ſed præter ſpem bonā ex uobis(quæ metū uicit)ſtatui certamin⁹ aduerſa ꝓ libertate potiora,eſſe forti uiro quā omnino non certauiſſe:quāq̄ oēs alii creati ꝓ iure ueſtro uim cūctā & impia ſua gratia aut ſpe,aut præmiis in uos conuertere:me liuiq; habēt mercede relinquere:quā gratis recte facere.Itaq; oīs conceſſere iam in paucoꝝ dominationē:q̄ ꝑ militare nomē ærariū:exercit⁹:regna:prouintias:occupare:& arcē habēt ex ſpoliis ueſtris cū interim more peccoꝝ uos multitudo ſingulis habēdos fruendoſq; ꝓbetis exuti omnib⁹ quæ maiores relinquere:niſi q̄ a uobis metipſi per ſuffragia ut præſides olim nūc dominos deſtinatis Itaq; conceſſerē illuc oēs & mox ſi ueſtra receperitis ad uos pleriq;(raris enim anim⁹ eſt ad ea quæ placent defendēda)cætera ualidiorū ſunt. An dubium habetis num officere q̄d uobis uno animo ꝑgentib⁹ poſſit! quos languidos ſecordeſq; pertimuere:niſi forte.C.Cota ex factiōe media Conſ.aliter quā metu iura quædā.Tr.Pl.reſtituit & quāquā.L.Sicini⁹ primus de poteſtate Tr.loq auſus muſſantib⁹ uobis circūuentus erat:tamē pri⁹ illi inuidiā metuere quā uos iniuriæ pertæſum eſt:quod ego nequeo ſatis mirari.Quir.nā ſpē fruſtra fuiſſe intellexiſtis:Sulla mortuo q̄ ſcelestū impoſuerat ſeruitium:finē mali credebatis:ort⁹ eſt longe ſeuior Catul⁹:tumultus interceſſit Bruto & Aemelio Mamerco Coſſ.Dei.C.Curio ad exitiū uſque inſontis tribuni dominat⁹ eſt:Lucul⁹ ſuperiore anno quātis animis ierit in.L.Quinctuim uidiſtis:quāte deniq; nūc mihi turbæ concitātur:q̄ ꝑfecto in caſſū agerent ſi pri⁹ q̄ uos ſeruiendi finē illi dominatiōis facturi erāt præſertim cū his ciuilibus armis dicta alia:Sed certarū utrinq; de dominatiōe in uobis ſit:Itaq; cætera ex licētia aut odio aut auaritia in tēp⁹ arſere permāſit una res modo quæ utrinq; quæſita ē:& erepta in poſterū uis tribūitia:telū a maiorib⁹ libertati paratū quod ego uos moneo quæſoq; ut animaduertatis:neu nomina rerum ad ignauiam mutātes ociū pro ſeruitio appelletis:quo iam ipſo frui ſi uera & honeſta flagitiū ſuperauerit non ē conditio:fuiſſet ſi omnino geſſetis:nūc animū aduertere & niſi uiceritis quoniā omni iniuria grauitate tutior eſt artius habebūt. Quid cēſes igit̄ aliq̄s ueſtrum ſubiecerit primum oīum omittēdum morē hunc quē agitis impigræ linguæ : animi ignaui:non ultra concionis locum memores libertatis:deinde ne uos ad uirilia illa uocē quo tribunos plebi modo patricium magiſtratum.Libera ab autorib⁹ patriciis ſuffragia maiores ueſtri parauere quāuis omnis Quir.in uobis ſit & quæ iuſſa nunc ꝓ aliis toleratis ꝓ uobis agere aut non agere certe poſſitis:Iouē aut aliū quē deum conſultorē expectatis:magna illa conſulū imperia & patrum decreta uos exequendo rata efficitis Quir ultroque licētiā in uos auctum atq; adiutum ꝓperatis neq; ego uos uultum iniurias hortor magis uti requiē cupiatis neq; diſcordias ut illi criminanē ſed eaꝝ finē uolens iure gentium res repeto. & ſi ꝑtinaciter retinebunt non arma neq; ſeceſſionē tantummodo nec amplius ſanguinē ueſtrum præbeatis cenſebo : gerant habeantq; ſuo modo īperia:quærāt triumphos Mithridatem Sertorium & reliquias exulum perſequātur cum imaginibus ſuis:abſit periculum & labos q̄bus nulla pars fruct⁹ eſt:niſi forte repentina iſta frumentaria lege munia ueſtra pēſant:qua tamen quin iis modis libertatem omnium æſtimauere qui profecto nō amplius poſſunt alimentis carere namq; utilis exiguitate mors prohibetur:Seneſcunt uires:ſic neq; abſolui cura familiari tam parua res:& ignaui qui uſq; tenuiſſimas perfruſtanē:quæ tamē quamuis ampla quoniā ſeruicii:præcium oſtentarer cuius torpedinis erat decipi & ueſtrarum rerum ultro iniuria gratiam debere: Nam que alio modo neque ualent in uniuerſos nequæ conabuntur:Cauendus dolus eſt.Itaque ſimul comparant delinimenta & differunt uos in aduentum Cnoxi.Pompei:quem,ipſum ubi pertimuere ſublatum ī ceruices ſuas ſua mox dempto metu lacerant:nequa eos pudet uindices uti ſe ferunt libertatis tot uiros ſine uno aut remitterē iniuriā non audere aut ius non poſſe defendere:mihi quidē ſatis ſpectatum ē Pompeium tantæ gloriæ adoleſcētē malle principem uolentib⁹ uobis eſſe quam illis dominationis ſocium autoremq; in primis fore tribunitiæ poteſt:Verum Quir.antea ſinguli ciues,in pluribus non,in uno cuncti præſidia habebatis:neq; mortalium q̄ſquā dare aut eripe talia un⁹ poterat:Itaq; uerboꝝ ſatis dictum ē:neq; enī ignorātia res claudit:uerum occupauit:neſcio qua uos torpedo:qua nō gloria mouemini neq; flagitio : cunctaq; ꝓſenti ignauia mutauiſtis abunde libertate rati q̄ a tergis abſtinetur & huc ire,licet atq; illuc munera ditium dominoꝝ:atq; hæc eadē non ſunt agreſtib⁹ ſed ceduntur inter potentium inimicitias donoq; danē in prouīcias magiſtratibus:ita pugnatur & uincitur paucis:plæbes quocūq; accidit prouictis ē:& indies magis erit. Siquidē maiore cura dominationem illi retinuerint quā uos repetiueritis libertatem:

## EPISTOLA CN.POMP.AD SENATVM

SI aduerſus uos patriamq; & deos penatis tot labores pericula ſuſcepiſſem:quotiēs a prima adoleſcentia ductu meo ſceleſtiſſimi hoſtes fuſi:& uobis ſalus quæſita eſt: nihil amplius in abſcentem me ſtatuiſſetis quam adhuc agitis.P.C.quem contra ætatem proiectum ad bellum ſæuiſſimum cum exercitu optime merito quantum ē in uobis fame miſerrima omnium morte cōfeciſtis:hac ī ſpe.P.R. liberos ſuos ad bellum miſit:hæc ſunt præmia pro uulnerib⁹:& totiēs ob rem pu.fuſo ſanguine:feſſus ſcribendoq; mittendo legatos omnis opes & ſpes priuatas meas conſumpſi:cum interim a uobis ꝑ triennium

uix annuus ſumptꝰ datus eſt:per deos immortalis utrum cenſetis me uicē ærari præſtare: an exercitū ſine
frumēto & ſtipēdio haberē poſſe. Equidē fateor me ad hoc bellum maiore ſtudio quē conſilio ꝓfectū quippe
q nomine modo impii a uobis accepto diebꝰ .xl. exercitum paraui: hoſtiſq; in ceruicibꝰ iam Italiæ agentis
ab alpibꝰ in Hiſpaniā ſummoui: ꝑ eas iter aliud: atq; Annibal nobis opportunius pateſeci: recepi Galliā:
Pyreneū. Lacetaniā: Indigetis: & primū impetū: impetū Sertorii uictoris nouis militibꝰ & multo paucioribꝰ
ſubſtinui: hyememq; caſtris inter ſeuiſſimos hoſtes nō ꝑ oppida neq; ex ambitione mea ægi. Quid dein
de prælia aut expeditiōes hybernas oppida exciſa aut recepta enumērē quādo res plꝰ ualet quā uerba caſtra
hoſtiū apud Sucronē capto: & præliū apud flumē. Duriū: & dux hoſtiū. C. Herēniꝰ cū urbe Valētia: & exer
citꝰ delecti ſatis clara uobis ſunt: pro quibus. O grati patres egeſtamē & famē redditis: itaq; meo & hoſtium
exercitui par cōditio ē: Nāq; ſtipēdiū neutri datur uictor uterq; in italiā uenire poteſt. Quod ego uos mo
neo: quæſo que ut animaduertatis neu cogatis neceſſitatibꝰ priuatim mihi cōſulere. Hiſpaniā citeriorē que
ab hoſtibꝰ tenet nos aut Sertoriꝰ ad īternitionē uaſtauimꝰ ꝑter maritimas ciuitates ultro nobis ſumptui ho
noreq;: Gallia ſuꝑiore anno Metelli exercitū ſtipēdio frumētoq; aluit: & nūc malis fructibꝰ ipſa uix agitat.
Ego nō rē familiarē modo: uerū etiā fidē conſumpſi: reliqui uos eſtis: qui niſi ſubuēitis inuito & ꝑdicēte me
exercitꝰ hinc & cū eo omne bellū Hiſpaniæ in italiā tranſgredientur.

## EPISTOLA MITHRIDATIS Rex Mithridates Regi: Arasci. S.

OMnes q ſecūdis rebꝰ ſuis ad belli ſocietatē orant conſiderare debēt: liceat netum pacē agere: deinde
quod quæritur ſatis ne piū tutū glorioſum an indecorū ſit tibi ſi ꝑpetua pace frui licet niſi hoſtes op
portūi & ſceleſtiſſimi egregia fama ſi Romanos oppreſſeris futura ē: neq; petere audeā ſocietatē ē &
fruſtra & mala mea cū bonis tuis miſeri ſperē atq; ea quæ te morari poſſe uidet. Ira in Tigranē recētis belli
& mea res rarū proſperæ: ſi uera exiſtimare uoles maxime hortabūtur: ille enī obnoxiꝰ qualē tu uoles ſocie
tatē accipiet: mihi fortūa multis rebꝰ ereptis uſum dedit bene ſuadēti & quod florētibꝰ optabile ē: ego non
ualidiſſimꝰ ꝓbeo exēplū quo rectius tua cōponas. Nāq; romanis cū nationibꝰ populis regibꝰ cūctis una
& ea uetus cauſa bellādi ē. Cupido profunda īperii & diuitiarū: qua primo cū rege Macedonū Philippo bel
lū ſumpſere: dū a Carthaginēſibus ꝓmebantur amicitium ſimulātes ei ſubuenietem Antiocum conc ſſione
Aſiæ per dolū auertere: ac mox Philippo Antiochus umni cis aurum agro & decē milibꝰ talentorū ſpoliatꝰ
eſt: Perſen deinde Philippi. F. poſt multa & uaria certamina apud Samothracas deos acceptū in fidē callidi
& repertores perfidiæ: quia pacto uitam dederāt in ſomniis occidere eum: En cuius amicitiā glorioſe oſten
tant initio prodidere. Antiocho pacis mercedem poſt habitum cuſtodi agri captiui ſumptibus & contume
liis ex rege miſererimum ſeruorū effecere: ſimulatoq; impio teſtamēto filium eius Ariſtonicum quia patri
um regnum petiuerat hoſtium more per triumphum duxere. Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: poſtremo Bithyniā
Nicomede mortuo diripuere: cum filius Nuſa quam regiam appellauerat genitus haud dubie eſſet. Nam
quid ego me appellem: quem diſiunctum undiq; regnis & tetrarchiis ab imperio eorum: quia fama erat di
uitem neq; ſeruiturum eſſe per Nicomedem bello laceſſiuerunt ſceleris eorum haud ignarum & ea quæ ac
cidere teſtatum antea Cretenſes ſolos omnium liberos ea tempeſtate & regem Ptolomæum: atque ego ul
tus iniurias Nicomedem bithynia expuli. Aſiamque ſpolium regis Antiochi recepi: Et græciæ dempſi gra
ue ſeruitium incœpta mea poſtremus ſeruorum Archelaus exercitu prodito impediuit. Illique quos igna
uia aut praua calliditas ut meis laboribus tuti eſſent armis abſtinuit acerbiſſimas pœnas ſoluunt. Ptolemæ
us præcio dies bellum prolatans Cretenſes impugnari ſemel iam neq; finem niſi excidio habituri. Equi
dem cum mihi ob ipſorum interna mala dilata prælia magiſquam pacem datam intelligerem abnuente.
Tigrane: q̄ mea dicta ſero probat te remoto ꝓcul omnibus aliis obnoxiis rurſus tamen bellum cœpi. M.
q;. Coram Romanū ducē apud Calchedona terra fudi: mari exui claſſe pulcherrima apud Cizicū magno
cum exercitu in obſidio moranti frumētū defuit nullo circū adnitēte ſimul hyems mari ꝓhibebat ita ſine ui
hoſtiū regredi conatus in patrium cū regnū naufragiis apud paruū heracleam militū optimos cū claſſibus
amiſi reſtituto deinde apud caberam exercitu & uariis inter me atquæ Luculum præliis inopia rurſus am
bos inceſſit. Illi ſuberat regnum Ariobarzanis bello intactū ego uaſtis circū omnibus locis in armeniā con
ceſſi ſecutiq; romani non me ſed morem ſuum omnia regna ſubuertendi: quia multitudinē arctis locis pu
gna ꝓhibuere: imprudētiam tigranis ꝓ uictoria oſtētant. Nunc quæſo conſidera nobis oppſſis utrum fir
miorem te ad reſiſtendum: an finem belli futurum putes: ſcio equidem tibi magnas opes uirorum: armo
rum & auri eſſe: & ea re a nobis ad ſocietatem ab illis ad ꝑdam peteris: Cæterum conſilium eſt tigranis re
gno integro meis militibus procul ab domo paruo labore per noſtra corpora bellum conficere: quomodo
neq; uincere neq; uinci ſine tuo periculo poſſumus: an ignoras Romanos poſtquam ad occidentem ꝑgenti
bus finem oceanus fecit arma huc conuertiſſe: neq; quicq̄ a principio niſi partum habere: domum: coniu
ges agros: impium: conuenas: olim ſine patria ſine parentibus peſte conditos orbis terrarum quibus nō hu
mana ulla neq; diuina obſtāt: quin ſocios amicos ꝓcul iuxta ſitos inopes potentiſq; trahant: excidant omnia
que non ſeruaq; & maxime regna hoſtilia ducant: namq; pauci libertatem. ꝑs magna iuſtos dominos uo
lunt nos ſuſpecti ſumus æmuli & intempore uindices affuturi: Tu uero cui Seleucia maxima urbium re
gnumque perſidis inclytis diuitiis eſt quid ab illis niſi dolum in preſens & poſtea bellum expectas. Roma
ni arma in omnes habent accerrima in eos quibus uictis ſpolia maxima ſunt audendo: & fallendo: & bella
ex bellis ſerendo magni facti: per hunc morem extinquent omnia: aut occident quod aut difficile eſt ſi tu
Meſopotamia: nos Armenia circūgreditur: exercitū ſine frumento: ſine auxiliis fortuna aut noſtris uitiis ad

hus

huc incolumē:teq; illa famā ſequitur auxilio profectū magnis regibus latrones gentium oppreſſiſſe: quod
uti facias moneo:hortorq; neu malis pernitie noſtra tuā ꝓlatare q̄ ſocietate uictor fieri.

## AD CAESAREM SENEM DE REPVBLICA.

POpulus.R.uero antea obtīebat regna atq; īperia fortuna dono dare:itē alia quæ ꝑ mortalis aui-
de cupintur:quia & apud indignos ſæpe erant quaſi per libidinē data:neq; cuiq̄ incorrupta ꝑmā
ſerant:ſed res docuit id uerū eſſe quod in carminibus Appius ait.Fabrū eſſe quēq; fortunæ atq; in
te maxime qui tantū alios pregreſſus es ut prius deſeſſi ſint homines laudando facta tua q̄ tu laude digna fa
ciundo:cæteꝶ ut fabricata ſic uirtute parta q̄ magna induſtria haberi decet.Ne in curia deformentur corru-
ant infirmata.Nemo enim alteri imperiū uolens cōcedit:& quāuis nouus atq; clemens ſit qui plus poteſt ta
men quia malo eſſe licet formidatur:id conuenit quia pleriq; rerum potentes peruerſe cōſulunt:& eo ſe mu
nitiores putant:quo illi quibus imperitant nequiores fuere:at cōtra id eniti decet cū ipſe bon⁹ atq; ſtrenu⁹ ſi
uti quā optim⁹ imperites:nā peſſimus quiſq; aſperime rectorem patitur:ſed tibi hoc grauius eſt quā ante te
oībus armis parta cōponere:bellū alioꝶ pace mollius geſſiſti:ad hoc uictore prædam perūt:uicti ciues ſunt
Inter has difficultates euadendū eſt tibi atq; in poſteꝶ firmāda reſpub.nō armis modo neq; aduerſum ho-
ſtis:ſed quod multo:multoq; aſperius eſt bōis pacis artibus.Ergo omnes magna mediocris ſapiētia res huc
uocat q̄ quiſq; optima poteſt uti dicant:ac mihi ſic uidetur qualicūq; modo tu uictoriā compoſueris.Ita alia
oīa futura:ſed iam quo meli⁹ faciliuſq; conſtituas paucis quæ me anim⁹ monet accipe.Bellū tibi fuit impe-
rator cū homine claro magnis opib⁹ auido potentiæ maiore fortuna quā ſapientia: quē ſecuti ſunt pauci ꝑ
ſuam iniuriā ibi inimici Itē quos affinitas aut alia neceſſitudo traxit.Nam particeps dominatiōis neq; fuit
qſquā:neq; ſi pari potuiſſet orbis terraꝶ bello concuſſus foret:Cætera multitudo uulgi more mugis quā iu-
dicio poſt ali⁹ aliū quaſi prudentiorem ſecuti per idem tempus maledictis iniquoꝶ occupādæ rei p. in ſpē
adducti homines qb⁹ omnia probo ac luxuria polluta erant:non currere in caſtra tua & aperte quietis mor
tem rapinas:poſtremo omnia quæ corrupto animo iubebat minitari:ex quis magna pars ubi neq; creditū
condonare.Neq; te ciuib⁹ ſicuti hoſtibus uti uident defluxere:pauci reſtitere quib⁹ maius ociū in caſtris quā
Romæ futuꝶ erat:tāta uis creditoꝶ impendebat:ſed ob eaſdē cauſas(in mane dictu eſt)quāti & qua multi
mortales poſtea ad pompeiū diſceſſerint:eoq; per omne tēp⁹ belli quaſi ſacro atq; in ſpoliato fano debitores
uſi.igitur quoniā tibi uictori de bello atq; pace agitandū eſt hoc uti ciuiliter deponas:illa quam iuſtiſſima &
diuturna ſit:de te ipſo primū quia compoſitur⁹ es quod optimū factū ē exiſtima.Equidē ego cūcta imperia
crudelia magis acerba quā diuturna arbitror:Neq; quēquā in multis metuēdū eſſe:quin ad eū ex multis for-
mido recidat eam uitā bellū æternū & anceps gerere:quoniā neq; aduerſus neq; ab tergo aut lateribus tutus
ſis ſemꝑ in periculo aut metu agites.Contra qui benignitate & clemētia imperiū tēperauere:iis læta & can-
dida omnia uiſa etiam hoſtes nequiores q̄ alii ciues.an qui me his dictis corruptore uictoriæ tuæ nimiſq; ī
uictos bona uoluntate predicent:ſcilicet quod ea quæ externis nationibus natura nobis hoſtib⁹ Noſq; ma
ioreſq; noſtri ſæpe tribuere ea ciuib⁹ danda arbitror.Neq; barbaro ritu cæde cædem & ſanguinem: ſangui
ne expianda.An illa quæ pauloante hoc bellum in.Cn.Pompeiū uictoriamq; Sullanam increpabant:ob-
liuio interfecit Domitiū.Carbonē:Crutū:alios itē non armatos neq; in ꝓlio belli iure:ſed poſtea ſupplices
ꝑ ſummū ſcelus interfectos plebem Romanam in uilla publica pecoris modo conſciſſam:heu quam illa oc
culta ciuiū funera & repentinæ cædes in parentū aut liberoꝶ ſinum fuga mulieꝶ & pueroꝶ uaſtatio domuū
Ante partam a te uictoriam ſæua atq; crudelia erant.Ad quæ te iidē illi hortant.& ſcilicet id certatū eē utriuſ
q; ueſtrū arbitrio iniuriæ fierent neq; receptā ſed captam a te rem publ.& ea cauſa exercitus ſtipendiis con-
fectis optimos & ueterimos omniū aduerſum fratres parētiſq; alii liberos armis contendere:ut ex aliēis ma
lis deterrimi mortales uentri atq; profundæ libidini ſumpt⁹ quærerent:atq; eſſent opprobria uictoriæ quo
rū flagitiis cōmacularent bonoꝶ laus:neq; enim te præterire puto qualis quiſq; eoꝶ more aut modeſtia etiā
tū dubia uictoria ſeſe geſſerint:quoq; modo in belli adminiſtratione ſcorta aut conuiuia exercuerint: nōnul
li quoꝶ ætas ne per ocium quidē talis uoluptatis ſine dedecore attigerit De bello ſatis dictū.De pace firmā
da:quoniā tuq; & omnes tui agitatis.Primū id quæſo conſidera qualis ſit de quo conſultas ita bonis:maliſ-
q; dimotis patēti uia ad uerum perges.Eo ſic exiſtimo:quoniam orta oīa īteruent:qua tēpeſtate urbi roma-
næ fatum excidii aduentarit:ciuis cum ciuibus man⁹ conferturos:Ita defeſſos & exanguis regi aut nationi ꝓ
de futuros aliter nō urbis terraꝶ cunctæ gentes conglobatæ mouere:aut contūdere queunt hoc īperiū.Fir-
manda igitur ſunt uel concordiæ bona:& diſcordiæ mala expellēda:id ita eueniet ſi ſumptuū licētiam dem
pſeris non ad uetera inſtituta reuocans:q̄ iam pridē corruptis morib⁹ ludibrio ſunt:Sed ſi ſuam cuiq; rē fa-
miliarē finem ſuptuum ſtatueris quoniā īinceſſit mos & hoīes adoleſcētuli ſua atq; aliēu conſumere: nihil
libidine atq; aliis rogantib⁹ denegare,pulcherrimū putēt:eā uirtutē & magnitudinē animi pudorē atq; mo-
deſtiā ꝓ ſecordia æſtiment.Ergo animus ferox praua uia ingreſſus ubi cōſueta non ſuppetūt fertur acceſus
in ſocios modo:modo ī ciuis mouet compoſita & res nouas ueterib⁹ acquirit:quare tolled⁹ fœnerator ī po
ſteꝶ uti ſuas qſq; res cutemus.Ea uera atque ſimplex uia eſt magiſtratū populo nō creditori gerere & magni
tudinē animi ī addēdo nō demēdo Rei p.oſtēdere.atq; ego ſcio q̄ aſpera hæc res ī ꝑricipio futura ſit ꝓſerti
iis q ſe ī uictoria licētius liberiuſq; q̄ artius futuros credebant:quoꝶ ſi ſaluti poti⁹ q̄ libidini cōſules:illoſq;
noſq; & ſocios in pace firma conſtitues:ſi ī eadē ſtudia arteſq; iuuentuti erunt ne iſta egregia tua fama ſimul
cum urbe Roma breui concidit.Poſtrēo ſapiēte pacis cauſa bellū gerūt:laborē ſpe ocii ſubſtētant Niſi illam
firmā efficis unici an uiceſſe quid retulit:q̄re capeſſe per deos rē.p.& oīa aſpa uti ſoles peruade. Nāq; aut tu

medeI potes:aut omittenda ē cura oībus:neq; quiſq̄ te ad crudelis pœnas aut acerba iudicia inuocāt:quibus
ciuitas uaſtatur magis q̄ corrigit:ſed ut prauas artis malaſq; libidines ab iuuēture ꝓhibeas:ea uera clemētia
erit conſuluiſſe. Ne merito ciues patria expellerentur retinuiſſe.ab ſtultitia & falſis uoluptatibus pacē con-
cordiā ſtabiluiſſe non ſi flagitiis obſecutus delicta perpeſſus præſens gaudiū cū mox futuro malo conceſſe-
rim ac mihi animus (Quibus rebus alii timēt) maxime fretus ē negocii magnitudine:& quia tibi terræ &
maria ſimul oīa cōponēda ſunt:qppe res paruas tantū ingeniū attīgere neqd:magnæ curæ magna merces ē
Igitur ꝓuideas opportet uti plebs largitionibus & publico frumēto corrupta habeat negocia ſuo:qbꝰ ab ma
lo publico detineat̄ iuuētus ꝓbitati & induſtriæ non ſumptibus neq; diuitiis ſtudeat:id ita eueniet ſi pecūiæ
q̄ maxima oīum pnities ē uſum atq; dedecus dēpſeris. Nam ſæpe ego cū admoneo reputās qbꝰ qſq; rebꝰ cla
ri uiri magnitudinē. Iucilſent quæ res populos natione ſue magnis autoribus auxiſſent ac deinde qbuſcau
ſis āpliſſima regna & īpia corruiſſent:eadē ſemp bona atq; mala repiebam.oēſq; uictores diuitias cōtēpſiſſe
& uictos cupiuiſſe:neq; aliter qſq̄ extollere ſeſe & diuina mortalis attingere pōt:niſi omiſſis pecuniæ & cor-
poris gaudiis aīo indulgēs non ad ſentando neq; cōcupita ꝑbēdo puerſam gratiā gratificans:ſed i labore pa
tiētia boniſq; præceptis & factie fortibus exercitando. Nam domū aut uillā extruere eā ſignis aulæis aliiſq;
operibus exornare:& oīa potiuſq̄ ſemet uiſēdū efficere.i.non diuitias decori habere:ſed ipſum illis flagitio
eſſe porro eis qbus bis die uētrē honerare:nullā noctā ſine ſcorto quieſcere mos ē:ubi animū quē dominari
decebat ſeruitio oppreſſere:neq̄ eo poſtea habeti atq; claudo ꝓ exercitio uti uolunt. Nā īprudētia pleraq; &
ſe præcipitant: Veꝝ hæc & oīa mala pariter cū honore pecuniæ deſinēt. Si neq; magiſtratus neq; alia uulgo
cupiēda uenalia erunt ad hoc ꝓuidēdū ē tibi quoniā mō Italia atq; ꝓuinciæ tutioreſ ſint:id quod factū haud
obſcuꝝ ē. Nā iidē oīa uaſtāt:ſuas deſerēdo domos:& ꝑ iniuriam alienas occupando. Itē ne uti adhuc militia
iniuſta aut in æqualis ſit.cū alii triginta:pars nullū ſtipēdiū faciet:& frumētū id quod antea ꝑmiū ignauia
fuit:ꝑ municipia & colonias illis dare cōueniet ſtipēdiis e meritis domos reuerterint.q̄ rei pu. neceſſaria:ti-
biq; glorioſa ratus ſum q̄ paciſſimis abſolui. Non peius uidet̄ pauca nunc de facto meo differere. Plerique
mortales ad iudicandū ſatis ingenii habēt aut ſimulāt:uerū enim ad reprehēdenda aliena facta aut dicta ar-
det omnibus animus:uix ſatis aptū os aut lingua prompta uidet̄:quæ edita pectore euolat:quibus me ſub-
iectū haud pœnitet:magis reticuiſſe pigeret:nam ſiue hac ſeu meliore alia uia ꝑges a me quidem pro uirili ꝑ
te dictum & adiutū fuerit reliquū ē optare utiq; tibi placuerit ea dii imortales approbēt beneq; euenire ſināt

AD. C. CAESAREM ORATIO DE REPVBLICA.

SCio ego q̄ difficile atq; aſpum factū ſit cōſiliū dare regi aut īpatori:poſtremo cuiq̄ mortali:cuius
opes in excelſo ſūt. Quippe cū & illis cōſultoꝝ copiæ adſint:neq; de futuro qſq̄ ſatis calidus ſatiſ-
q; prudēs ſit: Quin ēt ſæpe praua magis q̄ bōa cōſilia ꝓſpe eueniunt:qa pleraſq; res fortuna ex li
bidīe ſua agitat. Sed mihi ſtu diū fuit adoleſcētulo rēp. capeſſere:atq; in ea cognoſcēda multā ma-
gnāq; curā habui:nō ita ut magiſtratū mō capem:quē multi malis artibus adepti erāt. Sed ēt ut rē.pu. domi
militiæq; quātoq; armis uiris opulētia poſſet cognitū habuerī. Itaq; mihi multa cū aīo agitāti cōſiliū fuit fa
mā modeſtiāq; meā poſt tuā dignitatē haberi:& cuius rei iubet piculū facere:dū quid tibi ex eo gloriæ acci
derit. Idq; nō temere neq; ex fortuna tua decreui:ſed quia in te præter cæteras artē unā egregie mirabilē cō
peri ſemp tibi maiorē in aduerſis q̄ in ſecundis rebus animū eē.ſed ꝑ cæteros:mortalis illa res clarior eſt:qđ
prius defeſſi ſunt hoīes laudando atq; admirando munificētiā tuā:q̄ tu faciundo quæ gloria digna eſſent.
Equidem mihi decretum ē nihil tam ex alto reperiri poſſe:quod non cogitanti tibi in promptu ſit:neq; ego
quæ uiſa ſunt de re.pu. tibi ſcripſi:quia mihi conſilium atq; ingenium meū amplius æquo ꝓbaretur. Sed in
ter labores militiæ interq; ꝑlia uictoriaſ imperium ſtatui admonendum te de negociis urbanis. Nam quæ
tibi ſi id modo in pectore conſilii ē ut te ab inimicorum impetu uindices quoq; modo contra aduerſum con
ſulem beneficia populi retineas indigna uirtute tua cogitas:ſin intei lle animus ē:qui iam a principio nobi-
liatis factionem diſturbabit:plæbē ro. ex graui ſeruiture libertatem reſtituit:in prætura inimicorum arma
inermis diiecit. domi militiæque tanta & tam præclara facinora fecit ut ne inimici quidē queri quicq̄ aude
ant:niſi de magnitudine tua qui tu accipe ea quæ dia ſumma repu. quæ profecto aut uera inuen es:aut certe
haud procul a uero. Sed quoniam Cn. Pom. aut animi prauitate.aut quia nihil eo maluit quod tibi obeſſet.
Ita lapſus ē:ut hoſtibus tela in manus iaceret. Quibus ille rebus rēpu. conturbauit.eiſdē tibi reſtituēdū ē pri
mum omnium ſummam poteſtatē moderandi:de uectigalibus ſumptibus iudiciis ſenatoribus paucis tra-
didit plæbē Ro. cuius antea ſumma poteſtas erat:neque iis quidē legibus in ſeruiture reliquid iudicia:tamet
ſi ſicut antea tribus ordinibus tradita ſunt:tamē idē illi factioſi regūt.dant adimūt q̄ iubet.innocētes circūue
niunt:ſuos ad honorē extollūt. Nō facinus nō ꝓprū aut flagitiū obſtat:quo minus magiſtratus capiāt:quoſ
cōmodū ē trahūt rapiunt. Poſtremo tanq̄ urbe capta libidine:ac licētia ſua pro legibus utunt̄ ac me qdē me-
diocris dolor augeret:ſi uirtute ꝑtā uictoriā more ſuo ꝑ ſeruitiū exercerēt. Sed hoīes īertiſſimi:quoꝝ oīs uis
uirtuſque ī lingua ſita ē.forte atque alterius ſecordia dominationē ablatam īſolētes agitant. Nam q̄ ſeditio
aut diſſenſio ciuilis tot tam illuſtris familias ab ſtirpe euertit:aut quoꝝ unq̄ uictoria animus tā ꝑceps tāq̄ im
moderatus fuit. L. Sulla. cui oīa in uictoria lege belli licuerūt tametſi ſupplici hoſtium ptis ſuas muniri intel
ligebat tamē paucis interfectis cæteroſ beneficio q̄ metu retinere maluit. Ad herculē Catonē. L. Domitio cæ
teriſque eiuſdē factōis quadragīta ſenatores:multi ꝑterea cum ſpe bōa adoleſcētes ſicuti hoſtiæ mactati ſūt
Cum īterea īportuniſſima genera hoīum tot miſeroꝝ ciuium ſanguine ſatiari nequere. Nō orbi liberi:non
parētes exacta ætate. Nō luctus gemitus uiroꝝ mulierum īmanē eoꝝ aīum inflexit quī acerbius in dies ma

le faciundo ac dicũdo dignitate alios:alios ciuitate e uerſum irẽt. Nã qd ego de te dicã cuius cõtumeliam ho
mĩes ignauiſſimi uita ſua commutare nolũt. neq; ills tãtæ uoluptati ẽ Tãetſi ĩ ſpantibus accidit dominatio
ꝗto mœrore tua dignitas:qui optatius haberẽt ex tua calamitate piculũ libertatis facere ꝗ p te.p.r.impium ma
ximũ ex mago fieri.quo magis tibi ẽt atq; etiãaĩo ꝓſpiciẽdũ ẽ qm̃ mõ rẽ ſtabilis.communicaſq; : mihi qdẽ
ꝗ mẽs ſuppetit eloq non dubitabo. Ceterꝝ tui erit ĩgenii ꝓbare quæ uera atq; utilia factu putes. In duas par
tes ego ciuitatẽ diuiſã arbitror ſicut maiorib⁹ accepi ĩ pr̃es:& plebẽ ãtea ĩ pr̃ibus ſũma autoritas erat ius mul
to maxima in plæbe:itaq; ſæpius in ciuitate ſeceſſio fuit Sempq; nobilitatis opes diminutæ ſunt:& ius po
puli amplificandi: ſed plebes eo libere agitabat q an illius potentia ſup leges erat neq; diuitiis aut ſupbia ſed
bona fama ſatisq; fortibus . Nobilis ignobilẽ ãteibat:humilimus qſq; armis aut militia nullius honeſtæ rei
egẽs ſatis ſibi ſatiſq; patriæ erat Sed ubi eos paulatĩ expulſos agris:ĩertia atq; ĩ opia:ĩcertas domos hẽre ſub
egit cepere alienas opes petere:libertatẽ ſuã cũ re.pu.uenalẽ hẽre ita paulatĩ populus q dñs erat cũctis gẽtibus
ĩperitabat dilapſus ẽ.& ꝓ communi ĩpio priuati ſibi qſq; ſeruitutẽ peperit Hæc igit̃ multitudo primũ malis
morib⁹ ĩbuta dæinde ĩ artis uitaſq; uariaſq; diſpalata nullo mõ inter ſe congruẽs parꝫ mihi qdẽ idonea uidet̃
ad capeſſendã remp. Cæterꝫ additis nouis ciuibus magna me ſpes tenet forte ut oẽs expergiſcãt̃ ad liberta-
tem:quippe cũ illis libertatis retinendæ tũ his ſeruitutis amitendæ cura oriet̃:hos ego cenſeo pmixtos cum
ueteribus nouo : in colonis conſtituas . Ita & res militaris opulentior erit & plæbs bonis negociis impedita
malum publicũ facere deſinet . Sed non inſcius neq; imprudẽs ſum quo mea res agetur. quæ ſæuitia quæq;
tẽpeſtates hominum nobilium futuræ ſint. cum indignabũtur omnia funditus miſceri antiquis ciuibus:hãc
ſeruitutem imponi regnum deniq; ex libera ciuitate futurum ubi unius munere multitudo ingens in ciuitatẽ
peruenerit . Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo malum facinus in ſe & mittere qui in comodo rei
pu . gratiã ſibi conciliet ubi bonũ publicum etiam priuatim uſu.eſt id uero dubitare aggredi ſecordiæ atq;
ignauiæ duco. M. Lubio druſo ſemper conſilium fuit in tribunatu ſumma openiti pro nobilitate. neq; ullam
rem in principio agere intendit:niſi ille autores fuerant ſe homines factioſi. quibus dolus atque militia fide
cariore erat ubi intellexerunt per unũ hominẽ maximũ beneficium multis mortalibus dari:uidelicet & ſibi
qſq; concius malo atq; infido animo eſſe de: M. Lubio druſo iuxta ac ſe extimauerunt. Itaq; metu ne per tantã
gratiã ſolus reꝝ potiretur:contra eam niſi ſua & ipſius conſilia diſtrubauerunt. quo tibi imperator maiore
cure fideq; amici & multa præſidia paranda ſunt:hoſtẽ aduerſum deprimere ſtrenuo homini haud difficile
eſt:occulta pericula neque facere neque uitare bonis in ꝓmptu eſt. Igitur ubi eos in ciuitatem aduxeris qm̃
quidem renouata plebs erit in ea re maxime animũ exercito ut colatur boni mores concordia inter ueteres
& nouos coaleſcat:Sed multo maximũ bonum patriæ ciuitibus tibi liberis:poſtremo humanæ gẽti peperis
ſi ſtudium pecuniæ,aut ſubſtuleis aut quo ad res referet minueris:aliter neq; priuata res neq; publica neq; do
mi neque militiæ regi poteſt:nam ubi cupido diuitiarum inuaſit neque diſciplina neque artes bonæ neque
ingeniũ ullum ſatis pollet:quin animus magis aut minus mature poſtremo tamen ſuccumbat. Sæpe iã au-
diui qui reges quã ciuitates & nationes p opulentiam magna impia amiſerint:quæ p uirtutẽ inopes cœpe-
rant ideo aut mirandum ẽ. Nam ubi bonus deteriorem diuitiis magis clarum magiſque acceptũ uidet primo
æſtuat:multaque in pectore uoluit. Sed ubi gloria honorẽ magis in dies uirtutem opulẽtia uincit anim⁹ ad
uoluptatem a uero deficit:quippe gloria induſtria aliter:ubi eam dempſeris:ipſa per ſe uirtus amata atque a
ſpera ẽ. Poſtremo ubi diuitiæ claræ habentur:ibi omnia bona uilia ſunt. Fides. probitas pudor pudici-
cia:Nam ad uirtutem una ardua uia ẽ. Ad pecuniam quæ cuique iubet nititur & malis & bonus rebus ea
creatur Ergo in primis auctoritatem pecuniæ demitto:neq; de capite neque de honore ex copiis quiſquã
magis aut minus iudicauerit:ſi ut neque prætor:neque conſul ex opulẽtia uerum ex dignitate creatur. ſed de
magiſtratu facile populi iudicium:ſit iudices a paucis probari regnum ẽ :ex pecunia legi inhoneſtum:quare
omnes primæ claſſis iudicare placet:ſed numero plures quam iudicant neque rhodios neque alias ciuitates
unꝗ ſuorum iudiciorum pœnituit:ubi promiſcue diues & pauper ut cuique ſors tulit de maximis rebus iu-
xta hac de minimis diſceptat. ſed magiſtratibus creandis haud mihi quidem abſurde placet lex. quã. C. Grac
chus in tribunatu promulgauerat:ut ex confuſis quinque claſſibus ſorti cẽturiæ uocarentur ita coequãtur di
gnitate pecunia uirtute anteire alius alium properabit:nec ego magna remedia contra diuitias ſtatuo nã per
inde omnes res laudantur atque appetuntur:ut earum rerum uſus eſt malitia præmiis exercetur. ubi ea dem
pſeris:nemo omniũ gratuito malus ẽ. Cæterum auaritia bellua fera immanis ĩtoleranda ẽ. quo intẽdit op-
pida agros fana atque domos uaſtat diuina eum humanis pmiſcet:neque exercitus neque mœnia obſtant
quominus ui ſua penetret. Fama pudicitia liberis patria atq; parentib⁹ cũctos mortalis ſpoliat. Verꝫ ſi pecu-
niæ decus ademeris magna illa uis auaritiæ facile bonis moribus uincet̃. atq; hæc ita ſeſe habere tametſi oẽſ
æqui atq; iniq memorãt:tñ tibi cum factione nobilitatis aut mediocriter certãdũ eſt. cuius ſi dolũ caueris:a-
lia omnia in ꝓcliui erũt:nã ii ſi uirtute ſatis ualerent magis æmuli bonoꝝ ꝗ inuidi eſſent:qa deſidia & iner
tia ſtupor eos atque torpedo inuaſit:ſtrepũt:obtrectãt:alienam famam bonam ſuũ dedec⁹ æſtimant ſed qd
ego plura ꝗſi de ignotis memorem. M. Bibuli fortitudo atque animi uis in ꝯſulatũ erupit hẽs lingua magis
malus ꝗ callidus ingenio. Quid ille audeat:cui conſulatus maximũ impiũ maximo dedecori fuit. An. L. Do
mitii magna uis ẽ:cuius nullũ membꝝ a flagito aut facinore uocat:lingua uana:manus cruentæ. Pedes fu
gaces. ꝗ honeſte nominari nequeũt inhoneſtiſſima:unius tamẽ. M. Catoniſ ingeniũ uerſutũ:loquax Calidũ
haud contẽno:parantur hæc diſciplina græcorum. Sed uirtus uigilãtia labor apud græcos nulla ſunt:qppe
q domi libertatẽ ſuã ꝓ inertiã amiſerunt. cenſes ne eoꝝ præceptis imperium haberi poſſe. Reliq de factiõe

ſunt interitiſſimi nobiles:in quibus ſic ut inſtituto præter bonū nomen nihil ē additamēti.L.Poſtumi.M.fa
uoni mihi uidentur q̄ſi magnæ nauis ſupuacanea honera eſſe:ubi ſalui puenire uſi ſunt.Si quid aduerſi co-
hortū ē de illis potiſſimū iactura ſit:quia præcii minimi ſunt:nūc quoniam ſic uti mihi uideor de plæbe re-
nouata corrigendaq; ſatiſ diſſerui.De ſenatu q̄ tibi agenda uident̄ dicam.Poſtq̄ mihi ætas ingeniumq; ado
leuit haud ferme armis atque equis corpus exercui:ſed animum in litteris cogitaui:qđ nam firmius erat ī la
boribuſ habui:atque ego in ea uita multa legendo atque audiendo ita comperi omnia regnæ itē ciuitates &
nationes uſque eo ꝓſpeꝝ impium habuiſſe:dum apud eos uera conſilia ualerunt:ubicunque gr̄a timor uo-
luptas ea corrumpe.Poſt paulo iminutæ opes:deinde adēptum impium poſtrēo ſeruitus impoſita ē.Eqdē
ego ſic apud animum meum ſtatuo cuicunque in ſua ciuitate āplior illuſtriorque locus quā aliis ē ei magnā
curā eſſe rei.p.Nā cæteris ſalua urbe tātum modo libertas tuta eſt ſidi diuitias decus honorē pererunt.Vbi
paulum inclinata reſpu.agitari cœpit multipliciter animus curis atq; laboribus fatigatur aut gloria aut liber
tatem aut rem familiarem defenſat: omnibus locis adem:feſtinat:quanto in ſecundis rebus florentior fu-
it:tāto in aduerſis aſperius magiſque anxie agitat. Igitur ubi plebs ſenatui:ſic ubi corpus animo obedit
eiuſque conſulta exequitur patris conſilio ualere decet:populo ſuperuacanea eſt calliditas.Itaque maiores no
ſtri cum bellis aſperimis premerentur equis:uiris pecunia amiſſa nunq̄ defeſſi ſunt amati de imperio certare
non inopia ærarii:non uis hoſtium :non aduerſa res ingentem eoꝝ animum ſubegit.Qui quæ uirtute cer-
perant ſimul cum anima retinerent:Atque ea magis fortibus conſiliis quam bonis ꝓliis patrata ſt.Quippe
apud illos una reſp.erat .Ei omnes conſulebant:factio contra hoſtis parabatur .Corpus atq; ingenium pa-
triæ non ſuæ quiſque potentiæ exercitabat:at hoc tempore contra ea hoīes nobiles:quoꝝ animos ſecordia
atque ignauia inuaſit.Ignari laboris hoſtium militiæ domi factione inſtructi per ſuperbia cunctis gentibꝰ
moderant̄.Itaque patres quoꝝ conſilia antea dubia reſpu.ſtabiliebatur oppreſſi ex aliena libidine huc atque
illuc fluctuantes agitantur.interdum alia deinde alia decrenūt uti eoꝝ q dn̄ant̄ ſimultas arrogantia fert̄.Ita
bonum malumq̄ publicum æſtimant:ꝙ ſi aut libertas æqua omnium:aut ſententia obſcurior eſſet maiori
bꝰ opibꝰ reſp.& minꝰ potens nobilitas eſſet.Sed qm̄ coæquari gr̄a omnium difficile eſt:qppe:cum illis ma
ioꝝ uirtꝰ partam reliq̄rit gloriam dignitatem clientelas cætera multitudo pleraque īſititia ſit. Sn̄ias eoꝝ a
metu libera ita occulto ſibi q̄ſque alterius potentia carior erit:libertas iuxta bonis & malis ſtrenuis atq̄ igna
uis optabilis ē.Veꝝ eam plerique metu deſerunt.ſtultiſſimi mortales ꝙ in certamine dubium quorſum acci
dat:id per inertiam in ſe q̄ſi uicti recipiunt.Igit̄ duabꝰ rebꝰ confirmari poſſe ſenatum puto ſi numero auctos
per tabellam ſententiam ferer:Tabella obtētui erit :quo magis aīo libero facere audeat:in mul titudine & ꝓſi
dii plus & uſus amplior eſt:Nam fere his tempeſtatibus alii iudiciis publicis:alii priuatis ſuis atque amico-
rū negociis implicati haud ſane reipu.cōſiliis ad fuerūt.Neq; eos magis ocupatio q̄ ſupba impia diſtinuere:
Hoīes nobiles cū paucis ſenatoris quos addita menta factionis habent:qcūq; libuit ꝓbari:reprehendere:de
cernere:ea uti libido tulit fecere.Veꝝ ubi numero ſenatoꝝ aucto p tabellā ſententiæ dicent̄.Ne illi ſuperbi
am ſuam dimittēt:ubi iis obediendū erit:quibus antea crudeliſſime iꝑitabāt:Forſitā īꝑator pletis literis de
ſineres quē numeꝝ ſenatoꝝ fieri placeat quoq; modos ī multa & uaria officia diſtribuat̄.Iudicia quoniam
p̄ria claſſis mittēda putē:q̄ deſcriptio:qui numerus ī quoq; genere futurus ſit.Ea mihi omnia generatī deſcri
bere haud difficile factū fuit.Sed prius laborādū uiſū eſt de ſūma cōſilii:idq; tibi ꝓbādū uerū eē ſi hoc itinere
utid decreueris cætera ī promptu erūt.Volo ego conſiliū meū prudēs maxīe uſui eſſe.Nā ubicūq; tibi res ꝓ
ſpe cedet:ibi mihi bōa fama eueniet.Sed me illa magis cupido exercet:ut quocūq; mō q̄ primū reſp.adiuuet̄
libertatē gloria cariorē habeo.Atq; ego te oro:hortorq; ne clariſſimus īperator Gallica gēte ſubacta.p.R.ſu
mū atq; inuictū īperiū tabeſcere uetuſtate:ac per ſumā ſecordiā dilabi patiariſ:ꝑfecto ſi id accidat neq; tibi
nox neq; dies curā animi ſedauerit :qn in ſomniis exercitus furibundus :atq; ea mēs alienata mēte feraris.
Nāq; mihi ꝓ uero conſtat omniū mortaliū uitā diuino numine inuiſire:neq; bonū neq; malū facinus cuiuſq̄
pro nihilo habere.ſed ex natura diuiſa ꝓmia bonos maloſq; ſeq.Iterea forte ea tardius procedunt.ſuus cuiq;
animus ex conſciētia ſpē ꝓbet quodſi tecum patria atq; parētes poſſēt loqui .ſ.hæc tibi dicerent.O.Cæſar:
Nos te genuimus fortiſſimi uiri in optima urbe decus præſidiumq; nobis hoſtibus terrorem: quæ multis
laboribus & periculis cœperamus :ea tibi, naſcenti cum anima ſimul tradidimus patriam maximam in
terris domū familiāq; ī patria clariſſimā Præterea bonas artis: honeſtas diuitias:poſtremo oīa honeſtamē
ta pacis:& præmia belli ꝓ iis ampliſſimis beneficiis nō flagitiū ate neq; malū facimus petimus:ſed uti liber
tatē euerſam reſtituas:quare patrata profecto:per gētis omnia fama uirtutis tuæ uolitabit.Nāq; hec tēpeſta
te tametſi domi militiæq; præclara facinore ægiſti:tamē gloria tua cū multis uiris fortibus æq̄libus ē:Si ue
ro urbē ampliſſimo noīe & maxīo īperio ꝓpe iam ab occaſu reſtitueris:quis te clarior quis maior in teris
fuerit qppe ſi morbo iā aut facto huic īpio ſecus accidat cui dubiū ē quin ꝑ orbē terarū uaſtitas bella cædes
oriantur.Quod ſi tibi bona lubido fuerit patriæ parētibus gratificādi poſteroq; tēpore Re.P.reſtita ſuper
oīs mortales gloria agitā tuaq; unius mors uita clarior erit.Nā uiuos interdū fortuna ſæpe inuidia fatigat.
Vbi aīa naturæ ceſſit dēptis obtractoribus ipſa ſi uirtus magis magiſq; extollit:q̄ mihi utiliſſima factu uiſa
ſunt quæq; tibi uſui fore crepidi q̄ pauciſſimis potui ꝑſcripſi:cæterū deos immortalis obteſtor:ut quocūq;
modo ages ea res tibi Reiq;.P.proſpere eueniat. Finis.

## C.CRISPI.SALVSTII.VITA.

CRispus Saluſtius genus ex amiterno Sapinorum ducit.C.Saluſtio patre genitus: ex liberalibus arti
bus in quibus educatus erat præter eruditionē nihil accepit oībus uoluptatibus turpiſſime im dulſit:

paternã domũ uẽdidit:ut crimine adulterii ſe redimeret. Ex q̃ſtura & tribũatu nullã laudẽ ẽ adſecut⁹: fauẽte C. Cæſare ꝑtor aphricam ſortit⁹ ꝓuinciam explicauit:& exauſit:tm̃q; inde pecuniaꝝ reptauit an mœniſſimos hortos ſub Quirinale extra pomeriũ ad collinam portam titulo ſum nominis ẽpto loco habuerit:atq; adornauerit ñ uulgares illi⁹ ſæculi & poſteroꝝ ætatib⁹ delitias atq; ſeceſſũ:uſq; ad exectam ætatem libidinis auid⁹ & potẽs:in amicitia uari⁹ & incõſtans. Sepi⁹ tñ liuido dẽte momordit habit⁹ ẽ ore improbo:& animo inuerecũdo:manis Põpei magni exiſtimas hac uia ſe Cæſari gratiorẽ fore:lacerare uſus ẽ: uñ in Saluſtium Læne⁹ Põpei libert⁹ ſcripſit:morſq; ei⁹ ſigillatim paucis uocabulis expſſit: Nebulonẽ:lucronẽ popinionẽ:& laſtatum appellans:uox poſtrẽa indicat fuiſſe hominẽ ualidæ libidinis: Scripſit ſtilo ñ abhorrẽte a ueterib⁹ extat coniuratio Catilinæ:& bellum iugurthinum:& q̃dam conciones:e libris belloꝝ ciuiliũ: Vt ſecreta inimici fideli⁹ intelligeret Terẽtiam a Cicerone repudiatam duxi uxorẽ:& q̃ tertio nupſit: Meſſaliæ Coruino.

INVECTIVA. C. SALVSTII: IN CICERONEM.

PRauiter & iniquo animo maledicta tua paterer. M. Tulii ſi te ſcitẽ iudicio magiſquam morbo animi petulãtia iſta uti. Sed cũ ĩ te neq; modũ neq; moleſtiã ullã aĩaduerto: Rñdebo tibi:ut ſi q̃ maledicẽdo uoluptatẽ cepiſti:eam male audiẽdo amittas:ubi q̃rat? quos implorẽ. P. C. diripi rẽpu. atq; audaciſſimo cuiq; eſſe perfidie locum:an apud Populum Ro. qui ita corruptus eſt largitionib⁹ ut ſeſe ac fortunas ſuas uenales habeat: An apud uos. P. C. quorum auctoritas turpiſſimo cuiq; ludibrio eſt. Vbi. M. Tu. leges iudicia Po. Ro. defendit atq; in ordine ita moderat̃ quaſi unus reliquus ex familia uiri clariſſimi Scipionis A. fac non repticius accitus ac pauloante inſitus huic urbis ciuis an uero. M. Tulli facta tua ac dicta obſcura ſunt? an non ita a pueritia uixiſti ut nihil flagitioſum corpori tuo putares quod alteri collibuiſſet: aut ſcilicet iſtam immoderatam tuam eloquentiam apud. M. piſonem non pudicitiæ iacturæ perdidiſti. Itaq; minime mirandum eſt ꝙ eam flagitioſe uendicans quam turpiſſime paraſti. Veꝝ ut opinor ſplendor domeſticum tibi animos attollit uxor ſacrilega ac ꝑiuriis nobilitata: filia matri pellex tibi iucundior atq; obſequentior: quam parẽti ps ẽ domum ipſam tuam ui & rapinis funeſtam tibi ac tuis cõparaſti uidelicet ut nos commoue facias q̃ conuerſa Reſpu. ſit tum in ea domo habitares homo flagitioſiſſime quæ. P. Craſſi uiri clariſſimi fuit atq; cum hæc ita ſint? Cicero ſed dicit in conſilio deoꝝ imortalium fuiſſe. Inde miſſum huic urbi ciuibuſq; cuſtodẽ abſq; carnificis nomine. Qui ciuitatis incommodũ in gloriã ſuam ponit quaſi uero ñ illi⁹ coniurationis cauſa fuerit conſulat⁹ tuus. Et cicero Reſpu. diſiecta eo tẽpore quo te cuſtodẽ habebat. Sed ut opinor illa te magis extollunt q̃ poſt cõſulatũ cũ uxore de repu. cõſuluiſti cum legis. Planitiæ iudicia domi faciebatis: ex coniuratis alios pecũiæ condẽnabis. Cũ tibi ali⁹ Tuſculanam ali⁹ põpeianã uillã ædificabat: alius domũ emebat:q uero nihil poterat hic erat calũniæ ꝓximus hic aut domũ tuam oppugnatum uenerat: aut inſidias ſenatui fecerat deniq; de eo tibi cõpertũ erat q̃ ſi tibi falſa obiicio redde rationẽ q̃tũ patrimõii accepis. Quid tibi litib⁹ accreuerit: q̃ ex pecũia domũ paraueris Tuſculanũ & Põpeianũ infinito ſumptu exedificaueris? Aut ſi retices cui dubiũ põt eẽ qn nopulẽtiã iſtã ex ſanguine & miſeriis ciuiũ paraſti? uerũ ut opinior hõ nou⁹ arpiuas ex. M. Craſſi familia illi⁹ uirtutẽ imitat̃ Contẽnit ſimulãtã hominũ nobiliũ. P. R. curã hẽt: neq; terrore neq; gratia mouet̃. Illud uero amicitiæ tantum ac uirtus ẽ animi ĩmo uero homo leuiſſim⁹ ſupplex inimicis amicis contumelioſus: modo haꝝ modo illaꝝ partiũ fid⁹ nemini. Leuiſſim⁹ ſenator: mercẽnari⁹ patron⁹ cui⁹ nulla pars corporis a turpitudine uacat lingua uana man⁹ rapaciſſime gula ĩmenſa pedes fugaces: q̃ honeſte nomiari non poſſunt ĩhoneſtiſſima. Atq; is cũ eiuſmodi tamẽ audet o fortũa tã natã me conſule romã Te fortunatã conſule Cicero? ĩmo uero infelicẽ & miſerã q̃ crudeliſſimã ꝓſcriptionẽ ciuium perpeſſa eſt cũ tu perturbata repu. metu perculſos omnes bonos parare crudelitati tuæ cogebas: cũ oĩa iudicia omnes leges ĩ tua libidine erãt cũ tu ſublata lege portia erepta libertate omniũ noſtrũ uitæ neciſq; poteſtatẽ ad te unũ reuocaueras. Atq; paꝝ q̃dẽ uel paꝝ ẽ q̃d ĩpune feciſti uerũetiam commẽorando exprobras neq; licet obliuiſci ius ſeruitutis ſuæ egeris oro te Cicero feceris q̃d libet ſatis eſt perpeſſos eſſe: ẽt ne aures nr̃as odio tuo onerabis? ẽt moleſtiſſimis uerbis infectaberẽ cedant arma toge cõcedat laurea ligue: q̃ſi uero togat⁹ & non armat⁹ ea q̃ gloriaris confeceris atq; inter te Scyllamq; dictatorẽ præter nomẽ imperii quicq̃ interfuerit. ſed quid ego plura de tua inſolẽtia cõmemorẽ? quæ mineruã omnes artes edocuit Iuppiter optim⁹ maximus in concilium deorum admiſit: Italia exulẽ humeris ſuis reportauit. oro te romulæ arpinas qui egregia tua uirtute omnes paulos fabios ſcipiones ſuperaſti: quẽ tandẽ locũ hac ciuitate optines: q̃ tibi partes. r. p. placẽt? quẽ amicũ: quẽ inimicum habes? cui ĩ ciuitate feciſti inſidias: quo iure de exilio tuo durachio rediſti cũ ſequebaris quos tyrãnos appellabas: eoꝝ potẽtiæ faues: q tibi ante optimates uidebant̃ eoſdẽ demẽtes ac furioſos uocas. Vatinii cauſam agis de ſextio male exiſtimas. Bibulum petulantiſſimis uerbis lædis laudas Cæſarem quem maxime odiſti. & ei maxime obſequeris: aliud ſtans ſedens aliud ſentis de repu. his maledicis illos odiſti leuiſſime tranſfuga neq; in hac neq; in illa parte fidẽ habẽs.

EAdemũ magna uoluptas ẽ Criſp. Saluſtii æqualẽ ac parẽ uerbis uitã agere neq; q̃cquam tam obſcænũ dicere cui ñ ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua reſpondeat ut oĩs oratio moribus conſonet. Neq;. n. q ita uiuit ut tu aliter ac tu loq̃ pt: neq; q̃m tam illoto ſermõe utit̃ uita honeſtior ẽ. Quo me uertam. P. C. unde initiũ ſumam: mai⁹. n. mihi dicẽdi on⁹ imponit̃ quo notior ẽ uterq; noſtrũ ꝙ ſi aut de mea uita: atq; actib⁹ noſtris huic conuiciatori reſpondero. Inuidia gloriam conſequet̃: aut ſi huius facta mores oẽm ætatẽ nudauero: in idẽ: uicium incidam ꝓacitatis ꝙ huic obiicio id uos ſi forte offendimini iuſtius huic quam mihi ſucceſſere deberis qui initiũ introduxit: ego dabo operam ut & ꝑ me minimo cũ faſtidio rñdeam & in hunc minime mẽtit⁹ eẽ uidear. Scio mei. P. C. ĩ reſpondẽdo ñ habere magnam expe-

ctatione ꝙ nullum uos ſciatis nouū crimē in Saluſtiū audituros ſed oīa uetera recognituros. Quib⁹ & meæ
& ueſtræ iam & ipſius aures calent: ueꝝ eo magis odiſſe debetis hominē q̄ ne incipiēs quidē peccare mini-
mis rebus poſuit rudimētū ſed ita ingreſſus ē ut neqꝫ ab alio uinci poſſit neqꝫ ipſe ſe oīo reliqua ætate præte
rire itaqꝫ nihil: aliud ſtudet niſi ut luculentus cū quo uis uoluptari longe uero fallit̄ opinione: non enim ꝓca
citate linguæ uitæ ſordes eluuntur. ſed eſt quædā calūnia quā unuſqſqꝫ noſtrum teſtāte animo ſuo fert de eo
qđ falſum crimen obiectat ꝙ ſi uita iſtius memoriā uicerit aliā. P.C. non ex oratione ſed ex moribus ſuis
ſpectare debetis: iā dabo operā quā maxīe potero breue ut faciā neqꝫ noſtrā uobis inutilis erit. P.C. plerūqꝫ
enī de Reſp. priuatis creſcit inimicis ubi nemo ciuis qualis ſit uir poteſt latere. Primū igit̄ qm̄ oīum maio-
res Cri. Saluſti⁹ ad unū exemplū & regulā quærit uelim mihi reſpondeat nunqđ hi quos ꝓtulit Scipiones
& metelli ante fuerunt aut opinionis aut gloriæ quā eos res ſuæ geſtæ & uita innocentiſſime acta commen
dauit ꝙ ſi hoc fuit illis initium nominis & dignitatis cur non æque de nobis exiſtimet̄ cuius & res geſtæ illu
ſtres ſunt & uita integerrime acta: quaſi uero tu ſis ab illis uiris Saluſtii ortus ꝙ ſi eſſes: nonnullos iam tuæ
turpitudinis pigeret ego meis maioribus uirtute mea præluxi ut ſi prius noti non fuerit a me accipiāt initi
um memoriæ ſuæ tu tuis uita quam turpiter egiſti: magnas effudiſti tenebras ut etiā ſi fuerint ægregii ciueſ
certe uenerint in obliuionem. quar̄ noli mihi antiquos uiros obiectate ſatius eſt enim me meis rebus geſtis
florere quā maioꝝ opinione niti & ita uiuere ut ſim poſteris meis nobilitatis initiū & uirtutis exēplū neqꝫ
mecū his conferre decet. P.C. qui iam deceſſerunt: omnique odio carent & inuidia: ſed cū his qui mecū una
ī Rep. uerſati ſunt: ſed ſi fuerim aut in honorib⁹ petēdis nimis ambitioſus nō hāc dico popularē ambitionē
cuius me principem confiteor: ſed illā peruitioſam contra leges cuius primos ordines Saluſtius duxit aut in
gerūdis magiſtratibus aut in uindicandis maleficiis tā ſæuerus aut in Rep. tā uigilans. q̄ tu proſcriptionem
uocas. credo ꝙ nō oēs tui ſimiles īcolumes in hac urbe uixiſſent at quāto meliore loco reſp. ſtaret ſi tu par ac
ſimul ſceleſtoꝝ ciuiū una cū illis annumeratus eſſes? an ego tunc falſo ſcripſi cedant arma togæ? qui togatus
armatos & pace bellū oppræſſi: an illud mētitus ſum fortunatā me cōſule Romā q̄ tantū īteſtinū bellum ac
domeſticū urbis incēdium extinxi. neqꝫ tui piget te homo leuiſſime cum ea culpas q̄ in hiſtoriis mihi gloriæ
ducit̄ an turpius ē ſcribēte mentiri q̄ illū palam hoc ordine dicente: nam qđ in ætate īcrepuiſti tātum me ab
eſſe puto ab ipudicitia q̄tū tua pudicitia. Sed quid ego de te plura querar. qđ.n. mentiri turpe dices qui auſus
mihi ſis eloquentiā: ut uitiū obicere: cuius ſemꝑ nocens eguiſti patrocinio: an ullū exiſtimas poſſe fieri ciuē
egregium qui nō his artibus & diſciplinis ſit eruditus: an ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis q-
bus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur. Sed minime mirum eſt. P.C. ſi qui deſidiæ ac luxurie plenus ſit
hæc ut noua ac inuſitata miratur: nam quod iſta inuſitata rabie petulantur in uxorem & in filiam meam in-
uaſiſti: quæ facilius mulieres ſe a uiris abſtinuerunt q̄ tu uir a uiris: ſatis docte ac perite feciſti. non enim me
ſperaſti mutuam tibi gratiam relaturum ut uiciſſim tuos cōpellarem: unus enim ſatis es materiæ habens ne
qꝫ quicquam turpius eſt domi tue quā tu: tumultū te uero opinio fallit q̄ mihi putaſti parare inuidiā ex mea
re familiari: quæ multo mihi minorē quam habere dign⁹ ſum atqꝫ utinam ne tanta qdē eēt quanta ē ut poti⁹
amici mei uiuerēt quam ego teſtamētis eoꝝ locupletior eſſem: ego fugax Cri. Saluſtii furore tribuni plebis
ceſſi: utilius duxi quamuis fortunam un⁹ expiri quam uniuerſo po. ro. ciuilis eſſem diſſenſionis cauſa. Qui
poſtea quam illi ſuū animū in Repu. debachatus eſſet omniaqꝫ quæcūqꝫ cōmouerat pace & ocio reſederunt
hoc ordine reuocante atqꝫ ipſa repu. manu retrahente me reuerti: qui mihi dies ſi cū omni reliqua uita con-
ferato animo quidē meo ſuper: cū uniuerſi uos populuſqꝫ Ro. frequens aduētu meo gratulatus tanti me fu-
gacem mercenarium patronum hi æſtimauerunt. neqꝫ hercle mirum eſt. ſi ego ſemper iuſtas omnium ami-
citias exiſtimaui. Non enim uni priuatim ancillatus ſum. neqꝫ me addixi. Sed quantum quiſque rei publi.
ſtuduit tantum mihi fuit aut amicus aut aduerſarius: Ego nihil plus uolui ualere quam pacem: multi priua-
torum audacias metuerunt: ego nihil timui niſi leges: multi arma ſua timeri uoluerunt. ego nunquam uolui
q̄cquam poſſe mihi præ uobis: multi ex uobis potentia freti uobis ſuis uiribus abuſi ſunt. Itaqꝫ non eſt mirꝫ
ſi nullius amicitia uſus ſum qui non perpetuo Reipubli. amicus fuit: neque me pœnitet ſi aut petenti. Vari-
nio reo patrocinium pollicitus ſum: aut Sextii inſolentiam repreſſi: aut bibuli patientiam culpaui aut uirib⁹
Cæſaris faui: quæ ſi tu mihi ut uitia obiciis: temeritas tua reprehendetur: non mea uitia culpabuntur. Plura
dicerem ſi apud alios mihi eſſet uiſſerendum. P.C. non apud uos quos habui omnium actionum mearum
monitores ſed ubi rerū teſtimonia ad ſunt quid opus eſt uerbis? nūc ad te ut reuertar Saluſtii patremqꝫ tuum
prætereā q̄ ſi nunq̄ in uita ſua peccauit tn̄ maiorē iniuriā reip. facere nō potuit quā ꝙ te talē filiū genuit: neqꝫ
tu ſup q̄m ī pueritia peccaſti exeq̄r ne parētē tuū uidear accuſare ꝙ eo tp̄e ſūmā tui poteſtatē habuit ſed qualē
adoleſcētiā egeris hac.n. demōſtrata facile ītelliget̄ q̄ petulāti pueritia q̄m īpudic⁹ & ꝓcax adoleueris: poſtea
q̄ īmēſæ gulæ īpudiciſſimi corporis q̄ſt⁹ ſufficere non potuit & ætas tua ad ea patiēda que alteri facere colli-
buiſſet exoluerat cupiditatib⁹ infinitis efferebaris ut q̄ ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes in aliis experire-
ris ita non ē facile reputare. P.C. utrū in honeſtioribus corporis partibus rē q̄ſierit an amiſerit: domum pa
ternam uiuo patre turpiſſime uenalē habuit uēdidit nec cuiq̄m dubiū eē ꝑt q̄n mori coegerit eū quo nondū
mortuo ꝓ hærede geſſerit oīa ñ pudet a me querere quis in. P. Craſſi domo habitet cum ipſe reſpondere ne
queat qs in ipſius habitet paterna domo ad hercule lapſus ætatis tyrocinio poſtea ſe correxit ñ ita ē: ſed abiit
inſolitium ſacrilegi Nigidiani bis iudicis ad ſubſellina attractus extrema fortuna ſtetit & ita diceſſit ut non
hic innocens eſſe ſed iudices peieraſſe extimaret̄. Primū honorē in quæſtura adeptus ſecutus ē hūc locum &
hūc ordinē deſpectum cuius additus ſibi quoqꝫ ſordiſſimo hominum patuiſſet. Itaqꝫ timēs ne facinora eius

cladeſtına clara uobis eſſent cum omnibus matrum familiaꝝ uiris opprobrio eēt cōfeſſus eſt uobis audicti
bus adulteriū neq; erubuit ora ueſtra uixeris ut libet Saluſtii egeris quæ uolueris ſatis eſt unum te tuoꝝ ſcele
rum eſſe conſcium: noli nobis languorē & ſoporē nimium exprobrare ſumus diligentes in tuenda pudicitia
uxorē noſtraꝝ ſed ita expre cti non ſumus ut a te cauere poſſumus audacia tua uincit ſtudia noſtra Et quod
hanc mouere poſſit factū aut dictū turpe quē non puduerit palā uobis audientibus adulteriū confiteri: ꝙ ſi
nihil pro me tibi reſpondere uoluiſſem ſed illud cenſorum eloquium Appii Claudii & .L. Piſonis palā uni-
uerſis recitarē: nōne tibi uiderer æternas inicere maculas quas reliqua uita tua eluere non poſſet? neq; poſt
delectū ſenatus te unq uidimus niſi forte in ea te caſtra cōiecisti quo omnis ſententia rei.p. confluxerat atq;
idē Saluſtius quin pace nec ſenator quidem manſerat poſtea quam reſp. armis oppreſſa eſt & idem uictor q
exules reduxit in ſenatum poſt quæſturam reductus: eſt quem honorē ita geſſit ut nihil uenali non in eo ha
buerit cuius aliquis emptor fuerit. Itaq; egit ut nihil æquum atq; ueꝝ dixerit qđ ipſi facere collibuiſſet: neq;
aliter uexauit ac debuit ſi quis prædę loco accepiſſet magiſtratū: peracta quæſtura poſtea q̄ magna pignora
eis dederat cum quibus ſimilitudine uitæ ſe cōiunxerat: unus iam ex illo grege uidebatur. Eius enim partis
exemplar erat Saluſtium: quod tantū in unam uoraginem cœtus omnium uiciorum exceſſerat quicquid im
pudicoꝝ cillonū parricidaꝝ ſacrilegoꝝ đbitoꝝ fuit ī urbe mūicipiis colōis Italia tota ſicut ī fretis ſubſederāt
nominis perditi ac notatiſſimi nulla ī parte caſtis niſi licentia uitiorum ac cupiditate rerum nouarum atq;
poſtea quam prætor eſt factus modeſte ſe geſſit: & abſtinenter nonne ita prouinciam uaſtauit ut nihil neq;
paſſi ſint neq; expectauerint grauius ſocii noſtri in bello quā experti ſunt in pace: hoc aphricam in terrore
obtinēte. Vnde tantum hic exhauſit. P.C. quantum uoluit ne cauſam diceret. Seſtertio duo decies cum ſen-
ſore paciſcitur. ꝙ ſi quippiam eorum falſum eſt hic palam refelle unde qui non modo ne paternam quidem
domum redimere potueris: repente tāquā ſomnio beatus hortos precioſiſſimos uillam Tiburtii. C. Cæſa-
ris Reliquas poſſeſſiones parateris: neq; piguit quærere cur ego. P. Craſſi domū emiſſem: cum tu ueteris uil
le dominus ſis cuius pauloante fuerit Cæſar modo inquā patrimonio non comeſſo ſed deuorato quibus ra
tionibus repente factus es tam affluens & tam beatus? Nam quis te faceret hæredem? quem ne amicum q-
dem ſatis honeſtum quiſquam ſibi ducit niſi ſimilis ac partuizat hercule egregia facta maiorum tuorum: tuo
rum te extollunt? quorum ſiue tu ſimilis es ſiue illi tui nihil ad tuum ſcelus ac nequitiam addi poteſt. Verum
ut opinor honores tui te faciunt inſolentem. Tu Criſ. Saluſti totidem te putas eſſe bis ſenatorem & bis quæ
ſtorem fieri quod bis conſularem & bis triumphalem carere debet omni uitio qui in alterum dicere paratꝰ
eſt: demum maledicit qui non poteſt uerum ab alio audire. Sed tu omnium menſarum aſſecla omnium cu
biculorum in ætate pellex & idem poſtea adulter: omnis ordinis turpitudo & ſimul belli memoria. Quid
enim hoc grauius pati potuimus quam ꝙ te incolumen in hoc ordine uideamus deſine bonos petulantiſſi
ma confectari lingua deſine morbo procacitatis iſto deſine unumquemque moribus tuis æſtimare: his mo
ribus amicum tibi efficere non potes uideris uelle inimicum habere. Finem dicendi faciam. P.C. ſæpe enī
uidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena flagitia aperte dixere quam eos qui comiſere. Mi-
hi qdē ratio habēda ē nō quæ Saluſtiꝰ merito debeat audire ſed ut ea dicā ſi qua ego honeſte efferri poſſū.

FINIS

Laus omnipotenti Deo.

Venetiis impreſſum ē hoc Saluſtius opꝰ cū cōmento per Ioannem de
cereto de tridino Anno domini. M.CCCC.LXXXXIII. y. die auguſti.

iiii iiii iiii iiii iiii iiii iiii ii
a b c d e f g h



LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

8



TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
R G B W G K C Y M
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19




Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

